ſtem:habito reſpectu ad qualitatem perſone: e quantitate cauſe:alleg.iura ſua. ¶ Quero circa hanc ſpeciem primo quando ſit deferendum.tex.in.l.in bone fidei.C.eo.dicit ꝙ defertur inopia probationum:hic dicit ꝙ defertur:quando adeſt pro actore preſumptio:contra reum . glo.dicit ꝙ ſtante preſumptione:vel ſemiplena probatione.dic vt ſupra eſt dictum.Si eſt ſemiplene probatum:non defertur:ſed cōdemnatur. Quandoqʒ non eſt probatū e reus abſoluitur: e ſi nihil preſtiterit : probatur autem actorem nihil probaſſe:quādo iuriſdictio iudicis :aut inſtātia iudicij:habet terminum prefixum a lege:e lapſus eſt terminus ad probandum:nam ſi non eſſet terminus ſtatutus:non diceretur plene non probaſſe:ſed diceretur nihil ſufficienter attitatum eſſe:e fieret abſolutio ab obſeruatione.l. properandum .§. e ſi quidem .C.de iudicijs. Si iuriſdictioni aut inſtantie terminus eſt ſtatutus a partibus:vt in compromiſſis:e tunc terminus appoſitus iuriſdictioni vel inſtantie:habet vim peremptorij:ideo ſi actor nihil probauerit reus abſoluitur.l. ſi de meis.§.fi.ff.de arbi. Ad hoc gno. Innocen.de appellatio.ſuper eo. Quando autem dicatur plene aut ſemiplene probatum.dic plene probatum eſſe quando iudici eſt facta plena fides:e quando per ea que ſunt deducta eſt deductus ad extremum fidei e credulitatis.C. de edendo.l. procurato.infra de teſti.l.ad fidem . de probatio.l.quinquagintaʒcum ſimilibus.Ad quod declarandum primo pōderanda ſunt extrema extra fidem e credulitatem. nam primo eſt neſcientia. Illud enim quod homo neſcit de eo non eſt fides:nec credulitas:e hoc habetur per glo.ff.de iuris:e fac.ignoran.in rubrica.de teſta.l.de ſtatu. Eſt dare ſcientiam veram;e hoc dupliciter. Primo in his que ſunt artis vel ſcientie:e hoc ſcire eſt per rationes vel demonſtrationes: e tunc procedit illud. Scire eſt rem per cauſas cognoſcere: de quo.ff.de legi.l. ſcire.de excuſa. tutorum.l. ſcire.de iur . e fac. igno.l.ij. Secundo habetur ſcientia in his que ſunt facti.Et illud ſcire dicimur ad quod mouemur per ſenſum:e hec eſt ſcientia que requiritur in teſtem.de conſuetu.capitulo.ij.de teſtibus cauſaʒ: e quod ibi notatur .ff.de tribu.ac.l. .i.§.ſcientiaʒ.Et ad hāc poſſet deduci iudex in his que ſunt actus permanentis.C.fi. regundorum.l.ſi irruptione:inter iſta extrema.ſcientiam:e ne ſcientiam eſt mediuʒ.ſcilicet credulitas ſiue fides.ad iſtam autem peruenitur per quattuor gradus : ſm Barto.primo cum iudici res proponitur per actorem:e per reum negatur:e dicit Barto. ꝙ deducitur in dubietatem:quia non applicat plus aium ad vnam partem:ꝙ ad aliam reliquam;vt no.de iuris:e fac.ignoran.ſuper rubrica.l.iij.C.qui.ad liber. procla. non li.de tranſac.l. poſt rem.de petitione hereditatis.l.ſi debitor:e no.infra de procurato.capitulo.i.e hoc non facit gradum probatiōis: quia iudex non applicat animum ad aliquid:ſed inſtigat inueſtigationem:per quam poſtea deuenitur in credulitateʒ: poſt dubitationem autem incipit iudex declinare animum ſuum ad aliquam partium;e ſi facit hoc ex aliquo leui iudicio:vel aliquo leui argumento:appellatur ſuſpitio:que aliqualiter mouet animum iudicis : e non tamen in totum remouet dubitationem:de qua .ff. ad .l. aquili.l.in lege.ff.de penis.l.abſenteʒ:e hic eſt primus gradus probationis:poſt iſtum:ſi iudici apparent argumenta fortiora:incipit iudex opinari:e hec vocatur opi. e eſt ſecundus gradus probationis. Modicum enim reſtaret ad credenduʒ.dicit Barto. ꝙ de iſtis duobus loquitur.l.admonēde:ſed ibi dicit ꝙ ad delationem iuramenti : oportet ꝙ excedat primum gradum:vt ſit plus ꝙ ſuſpitio:vt preſumptio:vel ſemiplena probatio: e intelligo de preſumptione:que non ſit violenta : ſed probabilis:que habet vim ſemiplene:ad hoc alleg.l.admonendi.vbi dicitur ꝙ oportet ꝙ multum fidei eē. poſt iſtam opini.ſi iudici appareat tantum deductum ꝙ firmiter adhereat vni:abſqʒ alio dubio:tunc dicitur perfecta credulitas:e perfecta probatio:e tunc dicitur res dubia:ad hoc.l. .iij.§. eiuſdeʒ.ff.de teſtibus.ff.de queſtionibus.l.i. ¶ Nūc videndum eſt que ſint argumenta:que faciunt ſemiplenam probationem : ſuſpitionem:opi.aut preſumptionem:ex quibus defertur ſacramentum:ſm Barto.in certo tex.hic primo dicunt quidam ꝙ priuata ſcriptura faciat ſemiplenam aut plenam probationem.ponit Barto.in dicta.l.admonendi:poſui plene:in capitulo ſecundo ſupra de probatio. Ideo ſolum ponam caſus:vbi ſemiplene probat:aut preſumptionem : vel ſuſpitionem inducit:aut opinio.dic ꝙ ſemiplenam probationem facit apocha : quando eſt ſubſcripta per teſtes tantum;vel comparatione litterarū tantum: in auč.de fide inſtrumentorum:e cau .§. quia igitur:e auč. contractus.C.de fide inſtrumentorum:poſſet tamen eſſe tāta fide teſtium:vel tanta comparatio:ꝙ daretur plena fides:vt in auč. de fide inſtrumentorum .§.ſi vero . Si nullomodo approbatur : nec teſtibus : nec comparatione litterarum:facit aliquam preſumptionem habilem ad deferēduʒ ſacramentum : quia non faceret quis de facili vnam falſam apodiſſam :propter timorem magne pene . Item quia ſcit ꝙ de facili poteſt probari contrarium:per comparationem. In ſcripturis librorum:facit preſumptionem habilem ad deferendum:ſi ſcripſit per ſe in libro rationum : e eſt defunctus:qui fuit bone opinio. e fame.ff de bon.lib.l. qui cum maior .§. fi.C. de probationi.l. rationes . Item ſi producatur liber tertij:qui conficit rationem:e publice exercet artem:in quo continetur ꝙ aliquis debet alteri.l.quedam.§.nūmularios.ff.de edendo:e hoc quando apparet liber ſcriptus manu illius:qui ſcripſit:e hic partes confitentur:inſtrumenta etiam publica. Aliquando faciunt preſumptionem : vel ſemiplenam probationem : ad deferendum ſacramentum:vt quando produco exemplum:e probo perdidiſſe originale:ſemiplene probat:vt dicit glo.in.l.fi.C.de fide inſtrumen.e.C.eo.titu.l.ſicut in cōi. Item ſi in inſtrumento contrahentes aliquid confitentur: vel patiuntur apponi:ad cōmodum tertij:nam id non probat ſemiplene:quia confeſſio nō preiudicat:abſente parte.l.fi.de interro.actio. e quia res inter alios acta eē.facit tamen ſemiplenam probationē.l.ideo.Si quattuor exigerentur ad ſolennitatem teſtamēti nō ſemiplene probarent duo:quia duo licet dent dimidiam numeri : non dant dimidiam ſolennitatis : que eſt indiuidua : e ſic ſi eſt defectus numeri tantum procedit argumentatio . Si eſt defectus ſolennitatis:e numeri non procedit argumētatio.Si eſt defectus iuriſdictionis:quia teſtis deponunt ꝙ titius mutuauit:ſed non recordantur de quantitate:hic non probant etiā ſemiplene:niſi alia preſumptione inueniatur:vt quia duo dicunt ꝙ titius petijt mutuo.x. e alij deponunt ꝙ illa die mutuauit:ſed non dicunt quantitatem:hec preſumptio ſufficiet ex antedictis:quia ex precedentibus ſequētia declarātur.ff.de verbo.obliga.l.titia.§. ex litteris:e.ff.de pactis.item labeo.§.fi.quādoqʒ deficit teſtis ex parte examinantis:e examinatus nō eſt a iudice:ſed a quocunqʒ notario abſqʒ iudicis auctoritate.dic ꝙ nullaʒ facit probationē.l.hac conſultiſſima .C. de teſtamen.circa fi.e.l.ſolam.C.de teſti.prout intelligitur ſolam a preſentia iudicis:vt ibi in glo.e hoc ſi poteſt parti imputari : vt quia teſtis erat in partibus:vel de remotis : vel erat in periculo mortis:vnde ſi iuiſſet ad iudicem:ſtatim deceſſiſſet:dicit ꝙ facit aliqualem preſumptionem ſm qualitatem perſone:alleg. C.de teſti.l.ſi.ſupra de teſti.preſentata. Ad hoc quod no. azo. in ſumma. de fi.e inſtrumen. caute.vbi crederetur inſtrumento propter abſentiam : vbi alias non crederetur. Quandoqʒ reperiuntur dicta teſtium:ſed non reperitur iuramentum : tex.videtur ꝙ non.C.de teſti.ſolam.ſm vnum intellectum.Barto.dicit ꝙ ſi parti poteſt imputari:non dabitur aliqua fides:alias induceret preſumptionem:e ſemiplenam probationem:vt ſi ſcripta eſſent manu notarij anti-

qui mortui:cuius acta non reperiuntur:ſicut dicimus de ſententia antiquitus lata:q valet:licet non reperiantur acta:vt no. Innocen. de officio delegat.c.cum in iure.no. de teſtibus.albricus.de re iudicata.c.cum inter. ¶ Quid ſi recepti ſunt teſtes inter diuerſas perſonas:c.cum ſuper eodem faciant aliquam fidem ad commodum:vel incommodum. dicit Barto. q faciāt ſemiplenam:ſicut in ſententia.l.alia.de appellatio.q intelligit ſi modo examinari non poſſint:alias ſibi imputaretur:ſi de nouo non faciat examinari.l.ſi.C. de teſtibus. Sed eſt dubium an due ſemiplene indiſtincte faciant vnam plenam:dic autem due ſemiplene eiuſdem generis:vt duo teſtes:faciunt plenam:alias ſi diuerſi non vt.l.ij.§.ſi.ff.de excuſatio.tuto.e ibi glo.e.l.ſpadonem.§. qui numerum.eodem titulo:e.C.qui numero tu.l.i. Barto.contra:quia due ſemiplene etiam diuerſi faciunt plenaz. de teſtibus.preterea.no.in.l.iij.§.eiuſdem quoqz.de teſtibus:e idem in alijs.nam vnus teſtis:e confeſſio facta abſente parte probat:vt.c.ſi.de ſuc.ab inteſta. ¶ Ad contrarium dic q duo in perfecta non faciunt vnum perfectum:quādo tendunt ad diuerſa:ſecus ſi tendunt in idem. Naz tendunt ad finem fidei faciende iudici:e hec fides non colligitur ex vno argumento tantu:ſed ex pluribus.l.iij.§.eiuſdem quoqz.ff.de teſtibus:e de renunciatione in preſentia: de re iudicata.ſicut. ¶ Quero quid ſi actor ſemiplene probauit intentionem: reus ſemiplene defenſionem: quidam dicunt non eſſe locum delationi:que fit ſolum quando alter tantum:vel vterqz probat ſemiplene. Idem Guil.in ſpecula.de iuramē.dela.ad fi. Quidam:vt dicit Cy.in.l.in bonefidei:e in.l.i.C.de procurato.dicunt q locus eſt delationi:quia data probatione actoris plena:e probatione rei ſemiplena:detrahit plena ſemiplene:e ſic remanet ſolum ſemiplena:e ſic eſt locus delationi.ad hoc.ff.de adminiſtra. tutorum.l.vulgo.vbi ſicut in dubio defertur ſacramentū: ſic in dubio admittitur cum cautione:e ſi probat plene de mandato:ſi probetur ſemiplene de reuocatione:locus eſt cautioni:ad hoc quia in plena obligatione eſt vinculum ciuile:e naturale:e pactum tollit vinculum ciuile:e dimittit naturale.ff.de pactis.l.ſi vnus.§.pactis.dic ſm Cy.ibi e Joannes andree q ſi probationes ſuper defenſione:e actione ſunt incompaſſibiles:vt quia directo:vel indirecte contradicunt:tunc non defertur iuramentum:quia plena confundit ſemiplenam:e ſententiandum eſt pro melius probante. de teſti.in noſtra. Ad hoc iura que dicunt illuz obtinere:cuius potiora ſunt iura.C.de edic.diui.adri.tol.l.ij.de iurepatronatus.ſuggeſtum.in vltima glo.e vide quod no.de fide inſtrumentorum.cuz Joannes. ſuper glo.e ita. Si plena e ſemiplena ſunt compaſſibilia plena remanente in ſuo effectu:ſemiplene probat reus: e detrahi de intentione actoris. vnde non eſt cauſa quare non eſt locus delationi:alias ſequeretur q in nulla cauſa:in qua fundata eſſet actoris intentio de iure communi:non poſſet per probationem rei ſemiplenam deferri ſacramentum:q eſt falſum.hec eſt communis opinio.quam ſequitur Barto. ¶ Nunquid autem probatio imperfecta tollat aliam imperfectam: ita q non ſit locus delationi iuramenti: videtur q ſic.C.vbi e apud quos.l.i.e quod ibi no.ſecundum Barto.e hec ſufficiant de primo:ſcilicet quando locus eſt delationi. ¶ Quero ſecundo in quibus cauſis deferatur iuramentum:in defectuz ſemiplene probationis:dic q in ciuilibus regulariter defertur ſi deſcendant ex contractu:vel quaſi:vt dicit glo.in dicta .l.in bonefidei. Hec vera niſi cauſa eſſet ciuilis e grauis:in qua probationes exigantur lucidiores:vt dicit Cy.e Odofre.in dicta.l.in bonefidei:e ſentit hoc gl. e Butrigarius. Idem:qui dicit has graues criminalibus equiparari. Inſtitu.de excuſa.tuto.§.item ſi inimicicie.ff.de excuſa.tuto.l. propter litem.§.i.facit.de reſtitutione ſpoliatorū.frequēs libro.vj. Idem Barto.qui dicit cauſam non eſſe grauem quando eſt de poſſeſſione tantum.C.de momē.poſſeſ.l.i.de cauſa poſſeſſione.c.i.e.c.cum dilectus. Item non eſt grauis ſi defertur ſuper reuocatiōe procurato.ex qua ſequitur nullitas ſententie:de procurato.ex inſinuatione: ſm Barto.

¶ Magnitudo autem cauſe cognoſcetur: e grauitas ex qualitate perſonarū:e qualitate rei:e quantitate:e qualitate regionis:nam queſtio inter aliquos.xx.ſolidū eſſet magna:que tamē inter alios eſſet modica:nā pondus auri magno viro modicum eſt:quod alteri eſſet magnum.ff.de iudicis.l.ſed e ſi ſuſcepit.§.ſi.e quod ibi dicitur de commiſſa macelda:ad hoc quia in iudicis non ſatiſdatur.ff.de legitimis tutoribus.l.legitimos. Nec libellus offertur.in auct. de manda.princi.§.ſit tibi:e auē.niſi breuiores.C.de ſen.ex peri.reci.ad hoc in qualitate:quia alicubi magnum eſt habere aliquam rem vbi alibi leue.l.mela.ff.de ali.lega.nam alicubi emitur aqua:alicubi non ſecundum Joannem andree Cy.e Barto. ¶ Nūquid aūt deferatur in cauſa monachationis:accur.in.l.iij.§.quacunqz. dicit nō deferendū alij dicunt deferendum:ſi eſt voluntarium: vel iudiciale:eſt neceſſaria ſuperioris auctoritas:ſicut in alienationibus rerū.xij.queſtione.ij.ſicut exceptione.ʒ.queſtione.ij.hoc ius ſecus in iuramento neceſſario:ad hoc.ff. de rebus eorum .l.iij.§.item queri. Et ſunt hec verba pe.poſt Cy.que recitat hic Joannes andree:ſed Cy.in addi.dicit moderniores tenere iuramentum non deferri in cauſa monachationis: quia vinculum auctoritate dei imprimitur:quod nō poteſt per inferiores tolli:e hoc ſibi placet. Credo q ſtanti ꝓ monachatione poſſit deferri voluntarium:e inquantuz pro monachatione iuretur:ſtanti contra non: e inquantum contra monachationem iuret:quia illo pretextu non poſſunt partes ſibi ex conſenſu preiudicare:neceſſarium autē non puto poſſe deferri: niſi forte deferatur iuramentum purgationis reo:quando eſſet ſemiplene probatum:qui alias eſſet abſoluendus. Et idem per omnia credo in cauſa matrimonialis in qua quidam dicunt iuramentum deferendum: vt Hoſtienſis conſideratis circunſtantijs. Et idem hic Phylip. licet accur.contra in dicto.l.iij.§.quacunqz.exemplum ponit puta mulier eſt honeſta:potens:e diues:petit in virum ſibi inferiorem:vel equalem:qui ſepius illā de ſtupro ſollicitauerat: e probet per vnum teſtem omni exceptione maiorem: quod ille deſponſauit illam per verba de preſenti.ad hoc de ſepul. ex parte.de teſtibus.ſuper eo. Secundo fatetur tamen q licet ferri ſententia non intantum preiudicabit quin poſſit retractari: reperto contrario inter eaſdem perſonas: vel aliam dicentem alterum ex coniugibus ſibi coniugem eſſe: quia in talibus ſicut ſententie non preiudicāt:vt de re iudicata:lator.e.c.conſanguinei: ſic nec preiudicat iuramenta ſecundum eum. Barto. e Butri. dicunt q ad contrahendum deferri poteſt: vt in .c. atteſtationes. de deſponſatione impuberum.iuramentum autem neceſſarium reo: qui alias abſolui debet: deferri poteſt: vt dicto.c. atteſtationes. Actori autem ſolenne probanti: dico q non neceſſarium ſit voluntarium inquantum ſtet pro matrimonio: quia partes poſſunt ſibi preiudicare. Neceſſarium autem non:quia cauſa eſt ardua. Non ob. quia poſſit retractari:quia forte non poterat habere probationes ad retractandum. Nunquid autem deferatur in cauſa criminali. Accur. velle videtur quod deferri poſſit in.l. bonefidei. Hoſtien.in ſumma.eodem titulo.ſuper ti.de aſſertorio.§.ſuper quibus.poſt princi. e Guil. in ſpecu. de iuramenti delatio. §. primo. verſicu. vt autem . tenet quod deferri poteſt reo ad oſtendendam innocentiam. Abbas quod in criminali nō defertur.ad hoc.ij.q.viij.ſciant.C.de ꝓbationi.l. fina.e quia non debet quis ex ſuſpitionibus damnari:vt ſupra titulo primo . litteras . Alij dicunt quod ſi agitur pecuniariter defertur .ff. de iniurijs.l. lex cornelia .§. hac lege. Ad hoc de accuſatio . veniens . e quod ibi nota.dic voluntarium e

iudiciale poteſt deferri in cauſa criminali:etiam ſi deferatur actori:quia reus deferens confiteri videtur:ſi ille iuret. Neceſſarium autem ſi agit ex crimine ciuiliter deferri pôt: vbi cā eſt leuis:vt quādo ſit dicā.ſ. Idē ſi agit criminaliter:et pecuniariter:ſi agitur criminaliter:et nō pecuniariter:poteſt deferri reo:cōtra quez eſt ſemiplene ꝓbatū:et appellatur ſacramentū purgationis:vt pȝ hic:et de purga.cano.per totū .ſ.de offi.or.ex pte.C.de pena iudicis qui male iudi.auc.ſȝ nouo iure.C.de abolitio.l.fallaciter. Et hoc verū vbi actor ſemiplene probat:ſi ꝓbat plene:et reus ſemiplene defenſionē: puto nō deferendū:etiā reo:quia eēt ſacramentū nō purgationis:ſed ꝓbationis actori aūt non defertur neceſſariū in defectū ſemiplene ꝓbationis:dum qꝛ cā eſt ardua. Dūȝ qꝛ requirunt ꝓbatiōes luce clariores:et hoc etiā tenet Butri. In cauſis autē famoſis:an deferatur ſacramentū neceſſarium:puto ꝙ non:qꝛ cā eſt ardua:et ꝓbationes exigunt luce clariores:licet Bar.dicat hoc eſſe cōtra caſum multarū legū.ff.de iureiurā.l.nā et poſtea.§.ſi dānet:et.ff.d bis qui no.infa.l.furti.et de iniuri.l.lex cornelia. Sed eſt dubium dato ꝙ pôt deferri:an incidat actor in talionem:qui voluntarie detulit reo:et iurauit ꝙ nō cōmiſit illud crimen:qꝺ videtur .C.de accuſa.l.fi.ij.q.iij.qui nō probauit. Incōtra.eſt.ff.de iureiuran.l.cum qui.de plus peti.l.vna:de preben.ſi benefi cia.lib.vj.hoc procedit in voluntario:vel iudiciali:a pte delato. In neceſſario aūt non video ꝙ actor releuet:niſi dicat ſemiplenam ꝓbationē dediſſe iuſtaȝ cauſam litigandi:vel famā.de iura.calū.c.ij.et no.ſ.de elec.cuȝ dilecti:vel niſi vbi actor plene probauit:et reus ſemiplene defenſionē. ¶ Queritur tertio cui ſit deferenduȝ:videt ꝙ reo:qꝛ fauorabilior eſt .ff.de re.iur.fauorabiliōes. Incōtrariū ꝙ actori:qꝛ iudiciuȝ reddit in inuitū:et fauemus actori:vt.l.iter ſtipulatorez.in pain.de ver.ob. Goff.dicit deferenduȝ ei:qui facit ſemiplenā probationē:cuius virtute defert:vt aliquid ſibi proſit.ff. de le.i.ſi qſ. Incōtrariū facit tex.hic:qui dicit reo deferendū. Alii dicunt deferendum actori:qꝛ ꝑſumptio eſt ꝙ non ſic facile deierebat:ſicut reus:naȝ grauius eſt a ſe abdicare ꝙ reo cōtingat:ꝙ̄ nō acquirere ꝙ actori ꝯtingit:facilius ergo:et veriſimilius deierebat reus ꝙ̄ actor. Ideo in perſonā legatarij pôt poni condictio:ſi nollet:qꝛ poſſibile eſt eū nolle:ſed in pſona heredis nō:quia nō eſt veriſimile eū velle.ff. de lega.i.l.ſenatus.§.legatū:et.l.ſi ita relictū.§.i.eo.ti.de cō di.et de.l.ſi ita:de acti.et ob.l.ſub hac. Sed huic opi.vt dixi obuiat decre.et quia plus obprobrioſum eſt actori:ſi perdat:ꝙ̄ reo. Cy.in dicta.l.in bonefidei dicit attendēda quatuor in ꝑeligendo:inter actorē:vel reū. Prio condictionez pſonarū:que ſit legalior:que ꝯſideranda eſt ex origine perſone:qꝛ natus ex bonis et legalibus parentibus.ff.de edili. edic.l.ꝙ ſi nolit.§.mācipia. Secūdo ex qualitate actuū:que exigit ex qualitate vite preſentē:nā ſi virtuoſe egit retro:preſumitur hodie.ff.de re milita.l.non oēs.§.a barbaris.ff.de accuſa.ſi cui.§.hiſdē.et regula. Semel malus. Ex accidentia rerū vt diuitijs:vel paupertate:nā paupes de facili deierant:ꝑpter paupꝛtatē.ff.de teſti.l.iij.in auc.de teſti.§.ſi.non ignoti. Quod dicit veruȝ Ja.qñ quis eſt diues ex diuitijs bene acquiſitis. Secus ſi male:vt vſurarij:ſtipendiarij:et raptores:nā ꝑſumendū ꝙ ſicut vſurando perdit animaȝ:ita et deierando.l.ſi cui.§.hiſdem.ff.de accuſa. Tertio debet attendi qualitas facti:an alter ipſorū melius de eo ſit īformatus.ff.pro ſuo.l.vltia:ad vel.l.ꝙ̄ꝙ̄:nā ſi actor petit ex pſona ſua:reus ſe defendit ex cā deſcendēte ex pſona alterius: defert actori:ſi actor agit alieno facto:reus cōuenit ex proprio:defertur reo.ff.e.l.iuſiurandū.C.de reſcinden.vendi ti.l.quiſq̄:ceteris paribus videlis. Jo.an.qui dicit ꝙ reo vt hic. Alie opi.ſūt.ſ.tacte. Hoſ.ꝙ ſemiplene ꝓbati. Cy. ꝙ defert nō petēti:vtroq; petēte:vel neutro.dicit ꝙ actori: rōne.ſ.poſita. Butri.dicit ꝙ ſi actor.par. deficiat in probādo:qꝛ pluſꝙ̄ ſemiplene probauit:defert actori:vt qꝛ p duos ꝓbauit qui repellunt ꝑpter cōiunctionez:vel probauit per

teſtem:et famā. Si tantū ſemiplene ꝓbauit:defertur actori: ꝙ actori deferatur.facit de ꝓcur.ex inſinuatione. Sed pôt dici ꝙ ibi erat melius de facto ſuo informatus. Bart.dicit ꝙ ſi actor nō ſemiplene probat:ſed ſolum oſtendit ad gradus preſumptionis:non defertur actori:ſed reo:ad purgandum:vt hic. Si actor ſemiplene probat:vbi eſt informatus de ſcientia:et non eſt infamis:defert actori:ſed vbi actor plene probat:reus ſemiplene:deferatur actori et non reo:nam ex regula actor non probans plene:deberet ſuccumbere.ff. de edēdo.qui accuſare:et vt ec.benefi.vt noſtruȝ. Sic et actore plene probante:ſi reus ſemiplene probet:debet ſuccumbere reus. Si ergo releuatur actor ſuo caſu:et reus ſuo caſu grauatur:vt.l.alteri nō ſibi.in hoc releuato deferatur ſacramentū.ff.de iureiuran.l.cum qui.per que patet idē:etiam ſi actor pluſꝙ̄ ſemiplene probauerit:vt hic. Inquātuȝ dixi deferendū actori. Nō obſtat ꝙ reputauit pro abſurdo. Azo. ꝙ ſic erit teſtis ī cauſa:qꝛ dicit Bar.hoc nō eſt abſurdū de iure diuino:vt in euangelio.ſi peccauerit in te frater tuus:et in.c.nouit de iudi.de teſti.in omni negocio. Item tenendo ꝙ dixi non eſt teſtis in facto ꝓprio:niſi plene probauerit:et habeat probationem ſufficientem:ſed bene eſſet teſtis ſi aliter deferetur. Et.l.in omni loquitur in materia peccati:et denunciationis:vt ibi dixi. Sacramentum autem purgatiōis ſemper defert reo.de purga.cano.per totū:vel actori:ſi agitur de purgatiōe delicti actoris. ¶ Quero quarto an ſit in poteſtate iudicis:an deferat:an ſit neceſſe ꝙ deferat. Quidam dicunt eſſe in facultate:et non neceſſitate:quia.l.in bonefidei dicit poteſt:et non poteſt.qcquid eſt in iudicis poteſtate etc.ff.de iudi.l.non qdquid. Incontra.eſt littera oportet.in dicta.l.in bonefidei:ideo neceſſitate defertur.ff.de vi et vi ar.l.i.in prin.ff.de offi.preſi.l.ſepe.adeo ꝙ ſi iudex non deferat poterit appellari. Hoſti.dicit ꝙ nō neceſſitat per hāc decre.ibi poteſt:quaſi hoc ſit arbitrio iudicantis. Idez Jo. and.et Hoſ.et Bart.dicit ꝙ neceſſitatur p litterā oportet in.l.in bonefidei:et ſi non defertur poterit appellari:puto opi. Bar.vera in ſacramento neceſſitatis opi.canoniſtarū in ſacramento purgationis:de quo hic:quādo nō ſemiplene probauit:vel ſumus in criminali:quia purgationes arbitrarie ſunt. ¶ Quero quinto an pars debeat petere.dic ꝙ petere debet:qꝛ iudex non ſupplet de facto.l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.et dicit ꝙ petere pôt vſq; ad concluſionem in cauſa:et ſic ſeruat conſuetudo. ¶ Quero ſexto:de effectu ſententie late per iuramentum neceſſitatis. glo.dicit ꝙ ſi iuramentum eſt voluntariuȝ:habet illum effectū quem habēt alie ſententie:ſi neceſſariuȝ:tunc pôt recedi pretextu probationis nouiter reperte.ff.e.l.admonēdi. hoc verum eſt indubitanter:ſi repertū eſt oppoſitum eius quod eſt iuratum per iſtrumēta. Sed an per nouos teſtes:ſi reperiatur cōtrarium:ſit idem cenſendum.dic in cauſis:in qbus non admittitur probatio per teſtes:nō eſt dubiuȝ in cauſis: in quibus admittitur ꝓbatio per teſtes:ſi in pria cauſa fuerunt examinati:et publicati teſtes:non poterunt produci:ſȝ Bar.impediente publicatione:ſi nō ſunt examinati:tūc poterunt produci:eadem ratione:qua et inſtrumenta:quia appellatione inſtrumētorū teſtes cōprehenduntur.l.i.ff.de fi. inſtrumē.et.de teſti.co.peruenit:ſm Barto.puto indiſtincte ꝙ admittatur ꝓbatio:quia prima non fuit omnino integra probatio:ideo retractari poteſt ſententia:ex quo cōtrarium clare reperitur probatum per teſtes:et ſi nō obſtat ſententia probationi:non obſtabit publicatio:de proba.licet cauſam:et quod no.de teſti.ſ.ſicut et.c.cum in tua:et de proba.c.iurauit. Item quia probatio non plena poteſt per plenam reprobari.non obſtante publicatione:ſicut ſemiplene probatum poteſt plene probari:vt de teſti.venien:hec vera quando propter inopiam probationem refertur abſq; alio delicto:ſecus ſi cum delicto:quia tunc non retractatur:eo ꝙ contrarium reperiatur:vt in terminis.l.ſi quando.C.vñ vi. et ꝙ me.cauſa.c.ſi. ¶ Quero an poſſit hoc iuramentum

deferri per ꝓcuratorem.dic ꝙ non:niſi ſit vniuerſorum bonorum:vel habeat ſpeciale mandatuz.ff.de iureiuran.l.iuſiurandum.§.ꝓcura.⁊ de ꝓcur.c.qui ad agendum.lib.vi.

## De exceptionibus Rica.

Viſo de probationibus in generez⁊ in ſpecie:qꝛ in exceptionibus reus eſt actor.ff.de excep.l.i.⁊ ſubitonus probãdi.ff.de proba.in exceptionibus.ideo ⁊c.ſm Goff.vel viſo de iure actoris:per qḋ munitur quaſi gladio videamus de iure reorum:quo muniantur vt clipeis:ſm eũ. Vel tertio fundata ⁊ ꝓbata intentione actoris:reus opponit ꝑemptorias:vel excipit contra ꝓbatiões:ergo ⁊c. Materia.iij.q.vi.§.exceptio:repetitur in.vi.⁊ in clemẽ. Quero quare nõ poſuit hanc Rica.ante ti.de lit.cõte.cũ dilatorie ꝓponãtur:an lit.cõte.dic hoc de arbitrio:vel ideo qꝛ ꝑemptorie:vel quaſi:plus afficiũt ꝓncipale negociũ:iõ fuit equius illas in ordine ꝓponderare.Et ſi dicas ꝙ alique ꝑemptorie proponunt ante lit.cõte.dic ꝙ illud caſuale eſt.Ideo nõ ꝓponderãdũ regule.ad quod de deſpon.ipu.li.as:⁊ qḋ ibi no. Quomodo autem exceptio cepit in paradiſo:adam excipiente ꝙ ab eua deceptus peccauerit:ponit ſpe.in prohemio.§.ſane.

d

**Eniqz.** Si teſtis de crimine cõtra eũ excepto cõuinciſ:vel alˀs cõuictus apparet:repellitur a teſtimonio:ſed de crimine non puniſ:ſi non tãgit negocium principale.h.d.tria ſunt ·dcã. Scḋz.ibi.ꝙ ſi.Tertiũ.ibi.ceterz. No. ꝙ ꝓbatio exceptionis contra teſtes reſeruaſ ad finẽ:⁊ ſufficit ꝙ recipiaſ ante ſñiaz:vide.ſ.de teſti.ex ꝑte adẽ. No.ij.ꝙ exceptio teſtium reprobatoria in ꝑſonas nõ põt opponi:vel probari poſt ſñiam.vnde idẽ de ea qḋ de ꝑemptoria. No.iij.tria detrahẽtia de fide teſtis qñ eſt ſuſpectus infamia:vel hz aliquam maculaz:⁊ vt dicaſ iteger teſtis:oportet oĩa hec abeſſe. No.iiij.caſuz ĩ quo res iter alios acta fidẽ facit qñ afficiſ ꝑſona:vnde cõuictus de crimine in quocunqz iudicio:⁊ cũ quocũqz repelliſ a teſtificando in alio iudicio:hoc ſolo docto:ꝙ fuit conuictus:ad hoc.ſ.de teſti.ex parte adẽ:⁊ tunc acta in iudicio faciunt fidez:niſi excuſenſ. No.v.ꝙ crimen exceptuz nõ puniſ pena ordinaria:vbi non eſt connexuz negocio:de quo agitur:vbi autẽ eſt cõnexum puniſ:poteſt colligi ꝯtrariũ ꝙ ſiue ſit cõnexuz:ſiue nõ:nõ puniſ pena ordinaria:a ꝯrio ꝙ puniſ pena extraordinaria.de hoc de or.cogi.cũ dilectus. Quero que infamia repellat a teſtificando.dic ꝙ in criminali infamia facti vel iuris:non infamia facti.ſ.de teſti.teſtimoniũ:ſz Pe.⁊ ab. Joã.an.remittit ad ibi no. Quero que macula repellat a teſtificãdo:põt dici de macula corporis:que ipedit ꝓmouerí:nã talis repellit in criminali a teſtificãdo ꝯtra clericũ:ſm Pe.⁊ ab.de quo.ij.q.vi.ipſi apli.de teſti.c.ſi. Venio ad glo.op.licet alˀs cõuicti vel confeſſi ſint:per hoc non poſſint repelli:qꝛ ex quo aliter nõ cõſtat iudici:nõ dz ſup eo iudicare.ff.de iudi.de qua re.de eã poſ.eũ eccleſia. Sol.dic glo.ꝙ dz ſolũ cõſtare iudici ꝙ alˀs fuerit cõuicti:vel cõfeſſi:vñ hoc ꝓbato:ſi fuerint ꝯuicti:vel cõfeſſi:repellenſ:alˀs nõ. Opp.ꝙ nõ ſufficiat ꝙ nũc probeſ crimẽ:niſi aliter fuerit ꝯuictus vel cõfeſſus.iiij.q.iij.§.Item lex iuſ. Sol.aliud ſm leges:ſm quas nõ repelliſ teſtis ꝓpter crimẽ:niſi ſit infamis.Ideo oportet ꝙ ſit cõuictus:vel cõfeſſus:⁊ cõdẽnatus:aliud ſecunduz canones:qꝛ ſufficit ꝙ ꝓbeſ criminoſus.ſ.de teſti.teſtimoniũ.Idẽ no.ſ.de teſti.de cetero. Oppo.ꝙ exceptio teſtium reprobatoria poſſit opponi ⁊ ꝓbari poſt ſñiam:cuius cõtra lĩa dicit.C.de fal.querela.de excep.cũ venerabilis. Sol.exceptio teſtium reprobatoria.in dicto:qñ arguiſ falſitas:põt opponi poſt ſñiam:⁊ probari:vt in contrario:qñ opponiſ in perſonas:⁊ tunc in ſententiis:que non tranſeunt in rẽ iudi.glo.dicit ꝙ exceptio reprobatoria in ꝑſonas põt quãdocũqz opponi.de re iudi.lator:⁊.c.conſanguinei. In cauſis autẽ in quibus ſñia tranſit in rem iudi.ſi eſt appellatũ:poterit opponi in cã appellationis:quia hec eſt quaſi peremptoria:ꝙ no. Idẽ dicit glo.ſ.de teſtibus.iõ põt opponi in cauſa appellatiõis.C.de tempo.ap.l.per hãc.de teſti.fraternitatis:⁊cũ ſi. Et hoc maxĩe quãdo hic ignorauit in priori iudicio:⁊ poſt appellationẽ didicit:quia admittetur in cã ap.cum iuramento.ar.de teſti.preſentiũ:vnde inquãtum dicit hic nõ admitti poſt ſñiam:intellige niſi ſit appellatũ:ſi autem nõ eſt appellatũ:hec exceptio non admittiſ poſt ſententiã:ſic nec regulariter alie peremptorie:qꝛ hec eſt ꝑemptoria:ſaltem per obliquum:ar.hec glo.in omnibus tenet Hoſti.in eo qḋ dicit glo.ꝙ in ſententiis:que nõ tranſeunt in rem iudi.poteſt crimen opponi poſt ſententiã ꝯtra teſtes:hoc intelligo cum diſtin.c.ſicut.ſ.de teſti.an res ſit integra:vel non:qꝛ per hoc ꝙ arguaſ perſona:non cõcluditur falſitas dicti:quia ⁊ criminoſus potuit dicere verũ:alie glo.ſunt clare. In glo.in ṽbo ſtephanus.vic ⁊.ij.q.vij.criminationes. Oppo.ꝙ nõ debeant admitti ad probandum ſe inocẽtes:qñ ſunt conuicti:qꝛ hec eſt negatiua ⁊ iprobabilis.ſ.de ꝓba.ad nrãm.Itẽ nec confeſſi:qꝛ quis nõ põt venire ꝯtra id:quod dilucida voce ⁊c̃.de ꝓba.per tuas:cum ſi. Glo.dicit ꝙ directe nõ põt ꝓbare ſe inocentem:ſed indirecte ſic:probando ſe emendatuz de crimine:qḋ poterit ꝓbare per ſacerdotez.glo.allegat iura.hoc intellige:ſm no.ſ.de teſti.teſtimoniuz:hoc tene:licet Tan. Vin.Goff.phy.⁊ Inno.dixerint:ꝙ ꝓbata erit innocentia:eo ipſo ꝙ ꝓbatuz nõ eſt ꝯriũ:alˀ.de ꝓſump.dudũ:⁊cũ ſi. Sz forte habuerũt intellectũ:quẽ habuit Hoſti.qui dixit ꝙ inocẽtia ꝓbaſ ꝓſumptiue cũ ad plenuz:alius ꝙ deus ſcire nõ poſſit:de ꝓſũp.c.i.vel forte nõ retulerũt ſe ad caſuz iſtum:qñ de delicto cõſtabat. Nõ ꝓcedat etiã ſolutio abb.q dixit probari inocentiã per abſentiã a loco:⁊ tpe cõmiſſi maleficii:ꝙ nõ plz:inquãtũ dſ de cõfeſſo:ſz ꝓcedit inquãtũ diciſ de cõuicto.Sed certe poſſet ꝓbari inocẽtia inquãtuz dſ de cõfeſſo:excuſando:nõ ꝑimendo cõfeſſionẽ:ſm ea:que habenſ de accu.dilecti.glo.inducit tex.an teſtis iterrogatus quando excipitur:vel examinatur:debeat reſpondere an ſit criminoſus:⁊ inducit ꝙ ſic.Concludit glo.ꝙ non artatur ad reſpõdendum:⁊ hic voluntarie reſpondit.de hoc dixi.ſ.de teſti.cauſam:⁊ dicit glo.ꝙ nunquã vidit de hoc interrogari. Et dicit ꝙ hec facilũt in ar.an ſi iudex recuſetur vt ſuſpectus:teneatur de hoc reſpondere:⁊ dicit ꝙ hoc vidit pluries fieri ⁊ ꝙ interrogari poteſt:⁊ reſpondere tenetur.doc.dicũt ꝙ queri ab eo poteſt:ſed ſine iuramento:quia cum adhuc ſit iudex cauſe nõ poteſt fungi duplici officio:teſtis.ſ.⁊ iudicis:de quo in ſpe.de recu.in fi.⁊ concor.huic glo.archi.de offi.deleg.ab arbitris.in fi.lib.vi. Alˀ.C.de pe.iudi.q ma.in autẽ.ſed nouo iure.C.de eden.in apud.In autẽ.de teſti.§.i. Opp.ꝙ crimen exceptũ puniaſ:vt patet.in.l.ij.§.ſi publico.ff.de adul.ſ.de elec.per inquiſitionem.glo.reſpondit:ꝙ aut opponitur crimen connexuz negocio:de quo agitur:⁊ punitur:aut non eſt connexũ:⁊ non punitur:vt hic.Sed huic obuiat dictio preſertim:ſz hoc exponendum eſt pro tantum.Innoc.hic diſtinguit:an crimen quod opponitur teſti.non ſit connexum:⁊ non punitur pena ordinaria:an ſit connexum:⁊ de eo conſtet confeſſione:⁊ punitur:⁊ inquantum.ſ.dixit de cõfeſſione:exponendum eſt preſertim pro tantum:an de eo cõſtet probatione teſtium:vel inſtrumẽtis:⁊ tunc non punitur:ſiue ſit connexum:ſiue non connexum:⁊ tunc dictio ꝓſertim ſtat pro maxime.Idem no.ſ.de cõfeſ.cum ſuper. Joã.an.hic cum Goff.tenet ꝙ ſiue conſtet cõfeſſione:ſiue probationibus:punitur:ex quo eſt connexum. Ideo dictio preſertim exponi debet pro tantum:hoc quo ad ordinariam penam:quo ad extraordinariam autẽ penam:bene eſt dr̃a:ſm Innocen.quem in hoc ſequitur Joan.an.an de illo conſtet cõfeſſione:an alia probatione:quia ſi conſtat confeſſione punitur:ſi alia probatione non puniſ:ad hoc.C.de teſti.l.nul-

luꝫ:de ordi.cog.c.ij.de hoc ibi:ⁿ de elec.per inquiſitioneꝫ:ⁿ in dicto.c.cum ſoper.mihi plus placet opi. Innocen.vt diſtinguatur:an conſtet confeſſione:an non:etiam quo ad ordinariam penam in connexis:quia cum non ſit iudicium ordinabiliter agitatuꝫ:pena ordinaria imponi non debet:de accu.inquiſitionis:quando cõuincitur probatiõe:quia probationes exigunt telam iudicij:vt lite non conte.per totuꝫ: ꝙ ſecus eſt in confeſſione:vt no.J.de accu.qualiter ⁿ quãdo .ij.ⁿ no.S.de ordi.cog.c.ij. Item probatio confeſſionis lucidior eſt ꝙ̃ probatio teſtium:quia multa poſſunt opponi contra teſtes:que non poſſunt opponi contra confeſſionem: quãdo autem dicatur cõnexum.dicit Inno.hic ꝙ connexũ eſt ſi quis accuſetur de ſymonia: ⁿ ipſe inducat teſtes ad probandum ꝙ non erat illo tempore in loco:quo dicitur ſymoniam cõmiſiſſe:vel non ipſe: ſed alius fuit actor:in his ⁿ ſimilibus:ſi teſtes cõfitentur ſe ſymoniace aliquid dediſſe: vel recepiſſe:peccatũ ꝙ confitetur.ſ.ſymoniã tangit negocium:de quo agitur.ſ.ſymoniam:qꝛ de ſymonia accuſatur. Hoſti.dicit hoc verum:quando in eodem facto confitetur ſe ſymoniacuꝫ fuiſſe:vel articulo:de quo agitur:ⁿ ſic loquũtur de confeſ.c.ij.de elec.per inquiſitionem.ſecus ſi in alio articulo ſymoniam cõmiſiſſet:ad hoc de ordi.cog.c.ij.iuxã ad fi.ſic intelligit hunc finem:ⁿ hoc placet Jo.and.Bar. exigit ꝙ tangat idem factum:ⁿ eaſdem perſonas:in.l.i.§. ſi publico.ff.de adul.vt ſi pducis teſtẽ.oppo.ꝙ falſuꝫ dixit in hac cauſa contra me.ⁿ ſic ſufficit ꝙ delictum ſit cõmiſſuꝫ circa cauſam:de qua agitur:licet non ſit idem delictum:de quo principaliter agitur:puto quẽlibet benedicere:licet diſſerant multum. Anto.de Butrio.

a **Nobis.** Reo excipienti contra actorem. Non ob.replicatio cõmunionis.h.d.Cõmunis diuiſio.ſa ibi. Nos.

¶ No.ſcienter cõicantem excõmonicato:ſiue in locutione:ſiue in oratione:ſore excõmunicatum minori. Idem ſi oſculo:vel itinerando:vel ſedendo:de ſen.excom. nuper. ¶ Et no.effectuꝫ minoris excõmunicationis:qꝛ priuat cõione ſacramentoruꝫ:ⁿ non cõione hominuꝫ. ¶ No. effectum maioris:quia priuat cõmunione hominũ:ⁿ ſacramentoruꝫ:ⁿ ex hoc infertur ꝙ excõmunicatus repellitur ab accuſando:non obſtante replicatione cõionis:ⁿ conſequẽter excõicationis minoris:tuꝫ qꝛ nullom crimen repellit ab excipiendo:ⁿ ſic a defendendo:tũ quia nõ excludit a cõmunione hominũ:ⁿ ſic replicatio non inficit exceptionem:ⁿ illi non detrahit. Ideo illam non tollit:ⁿ ſic vt replicatio tollit exceptionem:oportet ꝙ illi detrahat. ¶ Oppo.cum glo. ꝙ cõmunicans excõmunicato ei non poſſit excõmunicationẽ obiicere. Primo quia approbauit mores eius ergo rẽ. de accu.nulli. Secundo quia nõ debet aliis obiicere:ꝙ ipſe noluit obſeruare.J.c.proxio.de app.an ſit.glo.reſpondit ꝙ reſponderi poteſt cuꝫ Aug. Non nullos ſoſtinemus quos ſnitos.xxiiij.q.i.quiſqꝫ:quaſi dicat talis cõmunio vt cõiter in voluntario non repellit:vt non habens in ſe conſenſum: vel approbationem. Uel ſecũdo dic reprobare non poſſuꝫ quem approbaui:vel cui cõmunicaui:agendo:vel accuſando:ſed bene poſſuꝫ reprobare cui cõicaui excipiendo:quia nec minor excõmunicatio:nec maior:repellit quem ab excipiendo cum nec repellat a defẽdẽdo aliquod crimen. Nõ ob.contrarius ſenſus.c.in quo innuitur ꝙ excõmunicatus maiori poſſet repelli ab opponenda excõmunicatione:cuꝫ admittat hunc:quia eſt excõmunicatus minori:quia cõtrarius ſenſus ceſſat propter iura contraria:ⁿ ſic ſupplendũ eſt maxime:ⁿ hoc tene:quicqd ſenſerit gratianus per illud.ij. q.vij.alieni.in.§.ibi ſequenti:vbi de hoc:quia ibi ſpeciale: vnde infamis infamem criminoſus criminoſum repellit ab accuſatione. Fallit etiã in illo qui proſequitur iniuriã ſuã: qui licet ſit criminoſus:poteſt accuſare criminoſuꝫ. Nec repellitur criminis exceptione. Fallit in epiſcopo accuſante a familiari:quia ei non poteſt opponere exceptioneꝫ criminis:de accuſa.nulli.ij.q.vij.cum paſtoris:ⁿ redditur ratio. in glo. Fallit ſm Inno.ⁿ Hoſti.in exceptiõe:ꝙ dic vt no. de accu.c.pe.Glo.tenet Joan.and.licet quidam vt Uin.J. eo.inter diſtinguãt: an excõmunicatus opponeret exceptionem iuris:ⁿ repellitur:vt eſt excõmunicatio:an facta vt pacti de nõ petendo:ⁿ ſimilis:ⁿ admittitur:que eſt falſa: quia indiſtincte non repellitur ab opponẽdo. Ideo dicit Goff. ꝙ omnis defenſio competit excõmunicato:ſiue ſit realis ſic ꝙ defendat reum:in re in qua conuenitur:vt ſunt peremptorie:ⁿ rei coherentes.ff.de excep.exceptionum.§.rei:ſiue perſonales:vt contra iudicem cõpetentes:vt ibi:ⁿ idem de declinatoriis:ⁿ dilatoriis:ſiue competat ratione temporis ſirmati:vel loci incõpetentis:vel Rpti ſurreptitii:vel inepti libelli. Ideꝫ in dilatoriis ſolutionis. Et idem Hoſti.de quo de hereticis:ſi aduerſus:p hec. dicit Inno. ꝙ excõmunicatus maiori repellit excõmunicatum minori ab accuſatione: cuꝫ ſit excõmunicatus talis criminoſus:ꝙ me.cauſa.ſacris: ꝙ placet Jo.and.in caſibus:in quibus excõmunicatus minori excommunicatione peccat:de quibus in illo.c.ſacris. Sed eſt dubium an ſicut excõmunicatio non repellit ab excipiendo. Ita nec repellat a replicando actoreꝫ. Spe.tenet ꝙ non repellit.in ſpe.eo.titu.§.i.verſi.item queritur. Exemplum actor agit:opponitur pactuꝫ de nõ petendo:replicat de pacto de petendo:opponitur excõmunicatio contra replicationem:non admittitur ſm euꝫ quod no. ¶ Ultimo Joan.and.poſuit hic materiam replicationis:ⁿ licet ſit modicum vtilis:ne deſint antiqua ponam ꝙ ſcribit quaſi ad literam. Et primo allegat omnia iura:ⁿ ciuilia:ⁿ canonica: in quibus de replicatione tractatur:hic magis eſt laborioſum ꝙ̃ ſubtile. Secundo materiã expedit per moduꝫ ſumme hoc modo. Primo quid ſit replicatio. Secũdo cui cõpetat. Tertio quando cõpetat. Quarto quis ſit eius effectus. Quinto quomodo tollatur vel vicietur. Sexto que ſit potius probanda:an exceptio vel replicatio. Septimo an ſuper ea ſit pronunciandũ:poſſet addi an contra exceptioneꝫ doli detur replicatio doli:ⁿ de hoc remittit.J.eo.dilecti:ⁿ de re. eccle.nõ alie.ſi quis preſbyterorũ:ⁿ de adul.intelleximus. ¶ Ad primum dicit ꝙ replicatio eſt allegatio actoris:per quaꝫ reſoluitur exceptio rei. Inſti.de replicatio.in pñ. Uel latius decide verbum actoris:per id quod dicam in proximo membro:vnde replicatio eſt contraria exceptioni:quaſi exceptionis exceptio.ff.eo.l.pe.ⁿ antepe.ſemper eniꝫ obiicitur vt exceptionem impugnet.ff.eo.l.ij.§.i.ⁿ preter exempla que ponuntur. Inſti.de replica.in prin.ⁿ ponamus exẽpla canonica:excipit reus de priuilegio ſuper decimis:contra parrochialem eccleſiaꝫ petenteꝫ decimas:replicat agẽs ꝙ preſcripſit cõtra priuilegiũ: de priuile.accedentibus.hoc probato reiicitur exceptio:ⁿ optinebit agens vel attento iure veteri:excipit reus ꝙ trahitur vltra duas dietas:replicat actor ꝙ res litigioſa eſt.J.duas dietas.de foro competen.ex parte:vel replicat reſcriptum impetratuꝫ.de conſenſu partium:vel ꝙ de dictis ſit mentio in reſcripto.de Rp.nõnulli:vel contra petentem hereditateꝫ ex morte titij heredẽ eius ſine liberis:petitur hereditas per fideicõ.relicta:excipit ꝙ titius eſt ingreſſus monaſteriuꝫ:replicatur ꝙ non valuit ingreſſus.S.de proba.in preſentia:vel contra actorem opponuntur excõmunicatio:replicat ſententiam nullaꝫ:vel ſe abſolutum.J.eo.apſice:ⁿ.c.ſe.ⁿ de cle.ex.mi.pꝓpoſuit. Ex hoc patet reſponſio ad ſm:cui competat:quia competit actori: vnde dicit lex ꝙ actor non munit ſuaꝫ intentionẽ exceptionibus:que ſunt reorum:ſed replicationibus.C.eo.non exceptionibus. Et ſi dicas ꝙ actor excipit contra teſtes:vel probationes rei:ipſe reus replicat:reſpõdeo in eo ꝙ reus pbat cenſetur actor.ff.eo.l.i.vel lex loquitur quo ad exceptiones materie peremptorias:vel reſpicientes principale. Ex hoc pꝫ tertiũ qñ cõpetat:qꝛ cũ reus excipit ⁿ nõ puanõ eniꝫ põt reſolui:vel expugnari:nõ dũ obiectũ.de diſpõ.ipu.ad diſſoluendũ:cuꝫ ſuis concor.ⁿ ſic replicatio eſt ꝑpetua:qꝛ cõpetat

cum excipitur:cum enim replicatio ſit exceptio:et exceptio ſit
ppetua.ff.de excep.doli.l.pure.l ſi.ergo replicatio ppetua:
vbi nõ eſſet iputandũ actori:ea rõne qua tpe perit actio:pe-
riret et replicatio eadem cum actione:ad hoc quod no.Jnno.
cũ venerabilis ſup glo.pe.et ſic debet itelligi qḋ habetur.ff.
quando ac.de peru.eſt an.l.queſitum:alle.l.i.§.fi.et ideo ali
ud in exceptione originali:et aliud in exceptione actoris:
que dicit replicatio:quia in poteſtate eſt actoris agere:non
in poteſtate rei.C.de dila.l.ſi quando.Si ergo contra exce-
ptionem rei iudi.replico de appellatione mea:quam deſe-
rui:vel pſequi neglexi:ſicut exceptio obſtaret mihi agenti:
ita obſtabit mihi replicanti.de ap.ſepe.in cle.eo.titu.ſi ap-
pellationem:hoc verum niſi ex appellatione pararet mihi
aliqua ppetua exceptio:puta nullitatis:in his que facta ſũt
poſt illam:vt de ſen.excõ.licet.lib.vi. Et vide quod no.de
Rp.ſin autem ſuper glo.ij. Et hoc de primo ſecũdo et tertio.
¶ Venio ad quartum:de effectu replicationis.dic quia re
ſoluit et expugnat exceptionem:vt primo dixi:oportet ergo
qḋ ſit pertinens:et talis que viciet exceptionem:nã ipertinẽs
repellitur.Jnno.dilecti:vel perſonam afficiens:vt ibi:fortius
ergo ſe habet replicatio ad exceptionẽ:quã exceptio ad actio
nem:nam exceptio quãdoqȝ defendit reum ſuper re petita:
quãdoqȝ afficit pſonã actoris:quãdoqȝ iudicis:quãdoqȝ
teſtis:quãdoqȝ pcuratoris:quãdoqȝ formam libelli:quãqȝ
Rptũ:quandoqȝ locũ:vt dixi ſuper glo.ſed replicatio ſem
per afficit ipſam exceptionem:vt nõ proſit excipienti:vel vt
non noceat replicanti.Inſti.de repli.in prin. Ad hoc quod
no.de or.cog.c.ſi.ſuper ſi.vltime glo. Nõ ob.Jnno.proximo
et de adul.itellegimus:vbi no.qḋ replicatio repellat exceptio
nem:licet illam non contingat quia.Jnno.proxio:exceptio fuit
voluntaria:non pvocati ad iudicium:ſed provocãtis:et ſic
quaſi actio:ad hoc quod no.Jnno.de elec.ſuper eo.Sicut ergo
exceptio põt afficere perſonam:non actionem:vt predixi:ſic
et talis replicatio:veritas tamẽ eſt qḋ ibi poti⁹ natura actio-
nis:quã virtus replicationis attendit:vt dicam ſub.vi.mẽbro:
in decre.intelleximus adulterium viri de quo replicabatur
tollit per cõpenſationem adulterium mulieris:de quo exci
piebat:admittit ergo replicatio non eo reſpectu quo adul
teriũ eſt crimen excipientis:cũ criminoſis excipiat.Jnno.di-
lecti:et.c.cum inter.Sed inquantum eſt cõpenſatio exceptio
nis:et tollit iram ex quo excipitur:vt ibi:et in.c.ſi. ¶ Venio
ad quintũ:dic qḋ tollitur vel viciat replicatio per duplicatio
nem rei:que replicationem afficiat:exẽplum per decre.du-
dũ:de conuer.coniugatorum:et duplicatio per triplicationem et
ſic deinceps.ff.e.l.ij.Inſti.de repli.poſt prin.patet in exem-
plis prius dictis.Si contra replicationem preſcriptiõis pri-
uilegij duplicatur de cõtraria preſcriptiõe:vel interruptiõe:
vel re iudi.de cauſa poſ.cum eccleſia:et.c.cum inter:et.c.ſub
orta.In ſecundo exẽplo duplicat reus ſe ante datam Rpti
actorem domicilium tranſtuliſſe:de fo.compe.propoſuiſti:
vel rem litigioſam eſſe alibi:vel loco diſtantiori:vel pcur.
qui conſenſit habere mãdatum limitatum:de cauſa poſ.cum
olim:vel clauſulã facientem mentionem:de iure prohibente fu
iſſe inſertam:pter conſcientiã cancellarij:de Rp.cum dile-
cta:per hec et ſimilia viciatur replicatio. In tertio exemplo
pone qḋ monaſterium duplicat illum factum eſſe maiorem:et
iteraſſe profeſſionem:vel poſt factũ ratam habuiſſe:vt dicta
decre.in preſentia.Jnno.de regulis.c.i.lib.vi. In alio exẽplo po-
ne qḋ duplicat reus abſolutionem facta ab eo:qui non potu-
it:vel qui iudex non erat:hoc probatum replicationem vici
at.de ſen.excõ.ſicut.de iudi.at ſi clerici.ff.de re.iudi.l.iiii.§.
condemnatum. ¶ Venio ad ſextũ.dicit Joan.and.qḋ Jo.
de deo in queſtionibus ſuis.lib.ii.q.vi.ponens.q.de replica
tione contra exceptionem excõicationis.dicit replicationẽ pri
us probandam.alle.de iudi.intelleximus.de offi.dele.pru-
dentiam:qḋ Guil.quo ad terminos queſtiõis reprobat:per
decre.dilecti Jnno.titu.et hoc no.in ſpe.eo.titu.in fi.et §.vidẽ
dum.verſi.ſed de qua:ſed queſtionis ſue tertium poſſent de

fendi:quia querit de collegio citato:p quo cõpareret vnus
de collegio excõmunicatus:contra actorẽ excipiens:actor
vero replicat illum excõmunicatum:et ſic pro alio in iudicio
eſſe non poſſet:inquantum tenet pbationem replicationis
prius recipiendam:videtur bene dicere:ciuiliter quod.dicit
Joan.and.duo ponderanda. Primo qḋ illa quam.Jo.vo
cat replicationem:non eſt vera replicatio afficiens ſpecia-
liter illam exceptionem:imo eſt vera exceptio:quod vt intel-
ligas reuoluo caſum:pone qḋ primo actor contra illum veni
entem ad collegium defendendum proponit excõicationem.
Jlle vero idem pponit contra actorem:certe non dices bene
exceptionem:et replicationem:ſed duas exceptiones recte:
ſic in pposito bene ergo ſoluit Jo.queſtionem:ſed non pro-
prie pp̃oſuit verbum replicationis:quia ſi vere eſſet repli-
catio inficiens exceptionem:procederet qḋ ſtatim dicã Jo.
autem pro tanto dixit illam replicationem:quia illam et oẽs
aliam exceptionem:et defenſionem elidit:non in ſe ſed ex per
ſona proponentis.In terminis ergo ſuis primo videndum
an bene cõparuit citatus vel collegium:et ſic primo videbit:
an ille procura.ſit excõicatus:vel ſindicus:et ſic repellẽdus.
de proba.poſt ceſſionem:et iſtud quaſi preiudiciale prius co
gnoſcendum.de iudi.exhibita:ad hoc quod no.Joã.poſt
cõpoſ.ff.de Rp.nonnulli ſuper glo.ſic ergo.in fi.proſequẽ
do igitur mẽbrum.vi.de quo queritur qḋ prius ſit probãda
replicatio.facit d' iudi.exhibita:vt ſicut ibi prius probatur
exceptio quã actio:ſic prius probari debeat replicatio quã ex-
ceptio:apertius facit de teſti.ſpo.ſollicite:et.Jnno.proximo.ibi
quoa contra etc.de priuile.accidentibus:de adul.intellexi-
mus:ſed dic qḋ ſicut reus non aſtringitur probare pempto-
riam:ſibi cõpetentem:niſi ex quo fundata fuit intentio acto
ris:quam intendit per exceptionem elidere.C.eo.l.ſi quidẽ
.ff.de teſti.c.de teſtibus niſi ſit dilatoria ſolutionis.C.de pro
ba.exceptionis:de qua remittam.J.Jta nec actor aſtringitur
probare replicationem:niſi ſit probata exceptio rei:quã actor
intendit per replicationem elidere:et hoc tenet Guil.in ver.
preall.§.ſi.poſt prin.poſſet tamen replicans:ſi vellet:prius
pbare:et hec eſt cõmunis reſponſio ad cõtraria:facit decre.
ſhi.ſpolia.c.i.de proba.tertio.vel ſpecialia reſpondẽdo.dic
qḋ decre.exhibita.non obſtat que loquitur in excep.dilato-
ria:et preiudiciali:et licet in exceptione diſtinguam:inter per
emptorias:et dilatorias:non ſic in replicatione:que fortius
afficit exceptionem:vt dixi in ſecũdo mẽbro. ¶ Ad decre.
ſollicite:et decre.Jnno.proximo.dici poteſt qḋ potius ex naratio
nis poſſeſſorij:quã ex vi replicationis ĩpediebatur exceptio:
vt vtrobiqȝ no.In decre.enim ſollicite.erat poſſeſſorium re
cuperande priuilegiatum:vt non referatur queſtio dñij.de
ordi.cog.c.ſi.In decre.proxi.erat poſſeſſorium retinende:
vel adipiſcende:contra quod nõ obſtat exceptio criminis:
niſi in caſu de accu.accedens:vnde etiam non pluralis ibi re
pulſus fuiſſet:vt ibi no.qḋ ergo vtrobiqȝ prius de replicatio
ne conſtat:non eſt ponderãdũ:cũ etiã ſine illis replicationi
bus exceptiones vtrobiqȝ repulſe fuiſſent.decre.accidenti-
bus.Non ob.que loquitur cum exceptio probata:vel fun-
data eſt de iure cõmuni:cum enim tẽplarii ſuper decimis la-
borũ priuilegiati ſint.de iure cõmuni:de deci.ex parte.i.qui
dicit ſe contra priuilegium preſcripſiſſe hoc habet probare:
vt ibi:ſicut ergo actori.de iure cõmuni fundata intentione
rei habet actor probare ſuam replicationem:vt ibi:ſed ſi re
plicatio eſſet directe contraria exceptioni:tũc ſimul probẽ
tur vtreqȝ ſi veniant probande per teſtes:ſic poteſt intelligi
de teſti.cum tu.Jnno.titu.i.illud in clemen.eo.ti.de teſti.ad de-
cre.intelleximus.facit pro et contra:et ibi factum narrat in-
quantum facit contra. ¶ Ad ſeptimũ quo queritur an ne-
ceſſario ſit pronunciandum ſuper replicatione.dic ponde-
randam naturam exceptionis:contra quam replicatur:quia
ſicut emergens quantumcunqȝ ſequatur replicationem du-
plicatio:et ſic in infinitum:ſatis erit qḋ ſup exceptione pnun
ciet:ſup qua eſt pronunciandũ:vt no.de ord.cog.c.i.de or.

ſudi.l.i.exemplum excipio teſtem excõicatum:replicas il-
lum abſolutum:duplico abſoluentẽ non habuiſſe ptãtem
abſoluendi.hoc ipſo ꝙ iudex pronunciat teſtem admitten-
dum:ſatis ſuper replicatione pronunciat:ſi tñ ſuper his ſpe-
cialiter vellet interloqui:non eſſet peccatum. Si vero exce-
ptio eſt incidens:ſuper qua non eſt pronunciandum:eſt ne-
ceſſe ꝙ ſup replicatione pronũcietur:vt ſi excipio de pacto:
de non petendo:replicatur de renunciatione:vel contrario
pacto:ſatis eſt ꝙ condẽnet iudex:vel abſoluat ſuper prin-
cipali:per quod erit expedita exceptio:⁊ replicatio:licet etiã
ſi vellet ſuper illis interloqui poſſet:ſicut ergo quãtũcunq̃
multiplicentur genera affinitatis:ſemper ponderandus eſt
gradus affinitatis:a quo emanat affinitas.de conſangui.⁊
affi.non debet:⁊ in arbo.affinitatis:ſic quantũcunq̃ multi-
plicenſ iſte contrarie exceptiones:per replicationes:dupli-
cationes ⁊c̃.ſemper inſpicimus gradum primũ.i.naturam
exceptionis:ex qua emanant predicta:⁊ quia reſpectu illius
omnia ſecuta dicuntur incidentia:poterit tamẽ iudex:ſi ve-
lit:ſed non habebit neceſſe ſuper illis interloqui:ſm Joan.
and.quaſi ad litteram.

c Um eccleſiaſtice. Habẽs plura be-
neficia contra alium de pluralitate non excipit.
Prima pars ponit deciſum exordium. Secũ-
da mandatum.ibi.mandamus:in quo exceptionẽ repellit:
⁊ cauſam exprimit. ¶ No.i.arg.ꝙ inueſtitura transfertur
poſſeſſio:de quo de conſue.c.ij.de elec.trãſmiſſam. ¶ No.
.ij.ꝙ pluralis contra pluralem non poteſt exceptionẽ plu-
ralitatis opponere:⁊ ſic idẽptitas criminis repellit ab exce-
ptione criminis. ¶ No.ſm alium intellectũ ꝙ petenti poſ
ſeſſionem facti.poſt collationẽ iuris totaliter:non obſtat ex
ceptio nõ canonice inſtitutiõis:⁊ ſic in beneficialibus agen-
ti adipiſcende:non obſtat exceptio defectus ꝓprietatis:de
quo de cauſa poſ.cum olim.de dolo cum olim:de accu.ac-
cedens:hec decre.ſemꝑ viſa eſt mihi fortis:⁊ intricata:reci
piam glo.⁊ doc.ſeparate. ¶ Oppo.hic pluralis cõtra plu-
ralem repellitur excipiens de pluralitate:vel dicimus ꝙ re
pellitur ex defectu perſone:⁊ ſic replicatio repellat perſonã:
⁊ hoc dici non poteſt. Primo quia nõ eſt pluralitas crimẽ:
vt no. Jnno.de preben.cum iam dudum:⁊ ſi eſſet crimẽ:nul
lum crimen repellit quem a defendẽdo.J.eo.dilecti de iudi.
intelleximus.J.e.cum inter.⁊.c.ſignificauerunt: in quo dici-
mus repelli ex illo capite:ꝙ replicatio inficiat exceptionem
pluralitatis:⁊ hoc falſum:quia pluralitas circa diuerſa be-
neficia inducit diuerſitatem delictorum:⁊ circa delicta diuer
ſa non inducitur cõpenſatio:de adul.intelleximus vel dici-
mus ꝙ pluralis repellatur:non ex defectu perſone:nec quia
replicatio inficiat exceptionem:ſed quia exceptio nõ cõpe-
tit ex tarditate opponendi:quia iã ſit cõſecutum beneficium:
quo caſu contra petentem poſſeſſione non obſtat exceptio:
niſi opponaſ crimen cum infamia:de accu.accedens:quia ſi
crimen cum infamia admittitur:vt ibi:multo fortius crimen
notorium:vt eſt pluralitatis:quod nõ põt non eſſe notoriũ:
vt patet in.c.nõ licet.de transla.pla. Ad hoc no.de cle.nõ re
ſi.c.i. Jtem exceptio pluralitatis reddit reſcriptum ⁊ proceſ
ſum nullũ.de R̃p.conſtitutus:poteſt ergo opponi cõtra pe
tentem poſſeſſionẽ:cum cõfirmatio:vel ꝙ loco cõfirmatio
nis habeſ:arguaſ nullum:vt patet.in.c.cum olim.de dolo.
¶ Ponã ſolutiones doc.prima ſol.eſt ꝙ ex defectu perſo
ſnia aliqua eſt:nec eget alia examinatione:ex quo notoriuʒ eſt:ſed ſola declaratiōe.ē.c. ꝓxio.ver.ſi vero. Ja dubio pendet ex euentu:vt dicit glo.Si tñ bñ appellatū eſt:ʒ ꝯtrariū ꝓnūciet per iudicē appellatiōis:nūqȝ tñ ligat ſnia quo ad deū:de ſen.ex.a nobis.ij.ſʒ ligat quo ad eccliam.de ſen.ex.c.i.lib.vj.ⱻ qñcūqȝ de hoc fiat fides ecclie:ꝙ fuit decepta per ipſaʒ reuocabiſ quomō male actū eſt de quo.ē.c.i.a.lator:hec vera qñ cū nō eſt cōmiſſa excōicāti appellatiōe re.in caſu expreſſo in iure idē qō.ſ.Si appellat ex legitia cā non expſſa in iure:tūc mero iure eſt excōicatus:tñ per ſupiorem poterit emēdari:vt.ē.c.ꝓxi. ¶ Querit gl.an ſi appellatione pen.poſt illā excōicatus agat aliqd:an illud vt qr adeptus eſt ecclīam:an ſi poſtea detegiſ ipm illegitie appellaſſe:valeat qō egit:glo.dicit ꝙ nō vr ꝙ ſit ꝑuandus:qr illum ꝓbabilis error excuſat.de ſen.ex.ſacroſctā iteriʒ licitū ſit ei vt cōicet in oibus ſacramētis.ē.c.dilectis:ⱻ qcqd interiʒ facit valet:Itē qr medio tpe ſtatus eiꝰ eſt īteger.ff.ni.no.appel.pen.l.vna ⱻ qr dānatus nō diciſ qui appellauit.ff.de penis.l.ij.§.ij.vide qō no.de cle.exc.mi.ad apſice.veritas eſt ꝙ lʒ quo ad penas ex cōtēptu appellatiōis:igerēdo ſe ſpūalibꝰ:nō ligeſ ꝓpter ꝓbabile dubiū an ſit ligatus:vt.de cle.ex.mi.ad apſice:tñ validitas geſtorū ſpūaliter ab eo:vel tñ cū eo pēdebunt ex euētu appellatiōis:vt no.in.d.c.ad apſice:ⱻ no.glo.ⱻ Jnno.ⱻ Jo.an.ſup eo.de ſen.ex.ſolet.lib.vj. Nec ob.ꝙ no.ē.c.ſepe.ꝙ dʒ itelligi qñ nō eſt detecta appellatio illegitia:lʒ poſtea ſit deſerta:qr actus in medio fcī nō annullanſ cū dſertio nō dtegat nullitatē appellatiōis:quia pōt ⱻ appellatio legitia deſeri:ⱻ ſic hic itellige. ¶ Opp.ꝙ nō ſubtrahanſ redditus excōicato:eqparaſ eni deportato:ⱻ deportato bona nō ſubtrahunſ.C.de peni.l.deportatoꝝ. Scdo qr quādiu aliis rōnibus pōt cōſtringi:bona nō ſunt ſubtrahenda.C.de execu.rei iudi.l.ſtipendia.xvi.q.i.pōſt. glo.dicit ꝙ nō ſubtrahunſ redditus bñficii:niſi expreſſe in ſnia adimanſ vt in ꝑdictis iurib.dic excōicatū ꝑuari de iure pcipiēdi redditus:quos hʒ pcipere de cōi:ex quo ꝯ cōionē nihil ab eccleſia pcipere pōt. Sʒ an fructibꝰ ꝓprijs ⱻ ſeparati bñficij ꝑuet:certe videſ ꝙ ſic:per hāc decre.que idiſtincte loquiſ:ad ħ qr ſuſpēſus a bñficio ꝑuaſ illis:vt no.ſ.de elec.cū vintoñ.Itē ſi eēt neceſſaria expſſa:ꝑuatio illa ſuſpenderetſ p appellationē:qñ nō traheret effectuʒ imediate a vinculo ſnie:nec eſt verū ꝙ excōicatus in totū eqparaſ relegato:qr excōicatus in vna ecclia:in oibꝰ eſt excōicatus:vt dicit glo.hic:ſecus in relegato:qr p hoc nō pdit oēs ciuitates. ¶ Op.ꝙ ex toto nō ſubtrahanſ redditus excōicato.l.di.ſtudeāt.glo.dicit ſibi reſeruādos fructus:ex qbus viuere poſſit:nā bñda eſt rō ne egeat:ð re iudi.inter cos:ⱻ ne cogaſ in obpꝛobriuʒ cleri mēdicare:vt in.c.diaconi.xxiij.di.Glo.in fi.cōcludit aliud in depoſito:ⱻ huic ꝓuideſ ne egeat. Aliud in excōicato:q cōtēnit claues eccleſie:vt q pōt ſe eximere ab excōicatione ſatiſfaciendo:ⱻ faciendo ſe abſolui.Jdeo ſibi nō ſubuenitur:ꝙ nō pōt depoſitus:ad ħ de elec.qr ſepe.lib.vj.in glo.aliud no.i.q.ij.§ pꝛio in glo.arg.quod no.de eta.ⱻ qua.vt hi qui.in verbo dimitti. ¶ Queꝛo an excōicatus in vna ecclia ſit excōicatus in alia.glo.dicit ꝙ ſic.xi.q.iij.c.ij.ⱻ.iij.iiij.q.v.quiſquis.de hoc.ibi.xviij.di.placuit:p que pʒ vt dixi excōicatū nō cōparari p oia relegato:qr pōt quis eſſe relegatus in vna prouincia:ⱻ non in alia. ¶ Querit glo.an idē in ſuſpenſo:vt ſuſpenſus ab officio in vna eccleſia:cenſeaſ ſuſpenſus in alia.dicit glo.ꝙ ſi ſuſpenſus eſt ab officio:vbiqȝ eſt ſuſpenſus:quia illa ſnia facit ius quo ad eū.xix.q.ij.due ſunt.vij.q.i.ſi qs preſbyter.ff.de iterdi.ⱻ rele.l.relegatoꝛum.§.interdicere:ⱻ.§.ſe.licet quidam diſtinguāt an ſit ſuſpenſus ex crimine urigante infamia:ⱻ vbiqȝ habeaſ pro ſuſpēſo:an nō:ⱻ nō habeaſ:ſed primo dictū plus placet.glo.ar.ff.ð poſtu.l.ex ea:quia ſuſpenſus ab officio nihil de officio eccleſiaſtico tractare ðbet:alr depoſitur.de cle.ex.mi.c.ij.ⱻ.iij.Quandoqȝ ſuſpenſus eſt a bñficio:ⱻ in alio pōt habere beneficio in alia eccleſia.xviij.di.placuit.l.viij.di.c.ij.Jdeʒ no.in.c.ſi quis pſbyter.ē.alſ. Et cū quis ſuſpēſio ab officio ſit de actu adherēte pſone:ⱻ ſic eſt ſententia in pſonā:que cōcomitaſ perſonā vbiqȝ:ſuſpēſio a bñficio dirigiſ in rē.Jdeo illam nō egrediſ. Jnno.dicit ꝙ excōicatus in vna eccleſia:eſt excōicatus in alia.ſuſpēſus ab officio in vna:ſuſpenſus eſt in alia.Jn ſuſpenſo a bñficio idē ꝙ glo.qr ſi ſuſpenſus ſpāliter a beneficio alicuius eccleſie:vel ingreſſu eiuſdē:hōc caſu ſnia ad alia beneficia:vel ad aliā eccleſiā:non extendiſ:quia licet clericus ab epō poſſit priuari ſiue ſuſpendi a beneficio ſito in limitibus territoꝛij epiſcopi:tñ ſnia nō tangit alias res:que iuriſdictiōis ſue nō ſunt:in quibus nō pōt ius dicere.ff.ð re iudi.a diuo.i.R.ſi.de bo.auc.iudi.poſſi.cuʒ vnus.§.ſi.de conſti.vt aiaruʒ.§.i.lib.vj.Tu hic circa beneficiū:ſi ſuſpenſio eſt indefinita a beneficijs:ⱻ agit ſuſpendens pſonā inhabilitare ad beneficia oīa:ⱻ conſtat de mente nō pōt ipſum ſuſpendere:ⱻ priuare beneficijs alibi ſitis:ⱻ multo fortius ſi etiā ſpecifice extrinſecus priuaret vel ſuſpēderet:quia nō diſponit in rē:ſed in perſonā ſubiectā abdicando ius a b eo:vel illā ad illā inhabilitādo:de ſo.cōpe.poſtulaſti.Judex tñ loci vbi eſt bñficiū exequiſ vt ibi.ⱻ hoc maxie eſt verum quādo ſuſpēſio ſurgit iſediate a iure:vt qr ferſ in cā infamante:vt no.in.d.c.poſtulaſti:vel qr ſuſpenſus eſt ab officio ſimplr:quo caſu ⱻ in caſibus:vbi ſuſpēſus ex hoc cenſeſ a beneficio:qr ſuſpēſio imediate:vt ſeqla venit auctē iudicis:ſiue iuris:vbi aūt ſuſpēſio a bñficio eſt generalis:vel indefinita:ⱻ aliter nō apparet ꝙ velit ſniam extēdere ad bñficia extrinſeca:ſuſpēſio hoīs reſtringeſ ad bñficia ſuppoſita ſnianti:vt dicta.l.cum vnus.§.penul.ⱻ.l.a diuo pio.§.i.ⱻ de cōſti.vt aiarū.§.i.lib.vj.ⱻ ꝙ ibi no.Jn ſuſpēſione autem iuris:ſi fiat ex cā cōcernēte eccleſiā:vel delictū illius eccleſie:nō extēdeſ.de elec.cū in cunctis iuncto de elec.ſi cōpꝛomiſſarius.lib.vj. Si cā eſt ſimplex ⱻ nō cōcernit eccleſiā vel locū extendeſ ad bñficia vbilibet ſita:vt ibi. Ex his cōcluduſ effectus excōicatiōis quo ad bñficiū:qr priuaſ redditibus bñficij.vt hic:habitus tamē adminiſtrationis nō ꝑuaſ:ſed ſuſpendiſ:ⱻ priuaſ ad tps durantis excōicationis adminiſtratione ſpūaliū:tpaliū autē in his que ſunt de collegio vel corpore tpaliū ꝑuatur adminiſtratiōe:vt no.de dolo.veritas:qr excōicatus eſt extra corpus.Jn his aūt que ſunt ꝓprij beneficij:nō ꝑuatur tpalibus adminiſtrationibus:dūmō nihil capiant de redditibus:vt hic:ⱻ ſic itelligiſ quod no.de cle.non reſi.ex tuc. effectu vero ſuſpēſionis a bñficio:qō interim ꝑueſ redditibus:ⱻ adminiſtratione:tenet glo.de elec.cuʒ in cunctis:dic vt ibi no.ⱻ tenet hic Jnn.de coha.cle.ⱻ mu.ſicut:nō perdit tñ iura tpalia:vel ſpūalia:nec poſſeſſionē eoꝝ:licet fructus pdat:qr ad hoc animū hʒ:ſine quo poſſeſſio nō admittiſ.ff.de acqꝛ.poſ.l.ij.ⱻ cōuertenſ fructus medio tpe in vtilitatē eccleſie:ⱻ ſibi nō reſtituunſ:vt ibi no.Jano.alſ.tex.hic in fi. Tertio daſ effectus ſuſpēſiōis ab officio:an ſe extendit ad beneficiū.Jnno.hic dicit ꝙ ſic:ꝓpter cōnexitateʒ.lxxxi.di.eos:ⱻ.c.ſi quis ſacerdotū.vij.q.i.ſi quis pꝛeſbyter.xij.q.iij.ſi epiſcopus:plus dicit alibi.ꝙ eo ꝙ a beneficio eſt ſuſpenſus:eſt beneficio priuatus:vt no.de coha.cle.ſicut.de eta.ⱻ quali.cum contingat:ⱻ ſic cum hone:ſed illud cōiter non tenet.de hoc opi.ſunt quas ponit glo.in cle.cupientes de penis.dic concludendo id quod eſt de mente.Jo.an.ibi.ſi beneficiū ſit tantū in quottidianis diſtributiōibꝰ:ſuſpēſus ab officio:ſuſpenſus eſt a tali beneficio:quia nō poteſt itereſſe beneficio:ⱻ tales danſ ſolum intereſſentibus:vt no.de cle.non reſi.c.i.lib.vj.Si eſt ſuſpenſus ab officio:ⱻ beneficium non ſic annectitur officio:quia nō in quottidianis diſtributionibus:ⱻ tūc licet officium ſit cauſa beneficij habendi:nō eſt cauſa ſubſiſtendi beneficij:tunc ſi ſuſpēſio ſit ex magna cauſa:ⱻ magno delicto:tunc cēſetur ſuſpēſus a beneficio:ſiue ab homine:ſiue a iure:de purga.ca.cum inter:ⱻ magnaʒ cauſam intelligere:quādo ſit ex cauſa immediate:ſi ex leui cauſa non eſt ſuſpenſus a beneficio:vt ſi fiat ex cauſa nō cō-

ſtatione: de qua ſuſpectus: vel inferior nõ cognoſcit. xxi. di.
īferior. & c. ad h: hec ſol. nõ plz Jo. an. p tex. de ſuūle. cuz p
ſone. lib. vi. dic cognoſcit: qz de dubio iuriſdictiõis: niſi lex
tráſferat huius dubij cognitioné ad aliū iudicé: vt eſt in re-
cuſatiõe e appellatiõe: in cá cáe põt eé illa quá aſſignat. glo.
quo ad recuſationé dixi. & c. ſecūdo requiris: e de R̃p. ſup lit
teris: e de offi. dele. cū ſup: e hec pcedūt vbi dubitaſ de iu-
riſdictiõe īter ptes e iudicé: vbi īter duos iudices: ſerua qd
habeſ de R̃p. paſtoral' dixi plene & c. ti. ſup lřis. põt tñ co-
gnoſcere de reſtitutiõe aduerſus ſniam: qz ibi nõ cõtéditur
iniqtas iudicátis: vt pz de mino. l. pfecti: e no. ſpe. de reſti. in
ite. §. videndū poſt mediū. ¶ Querit glo. an in cá notorie
iniuſticie poſſit archiepiſcopus denunciare ſniaz excõicatiõis
iniuſtá: vel illū nõ ligatū videſ q ſicut cū notū ſit ei epm de-
liquiſſe. Sed nõ credit: qz ſic pnūciaret appellationé fuiſſe
iuſtá: e ſic vſurparet officiū ſuperioris. Si aūt vellet renūcia-
re appellatiõi fuerūc poſſet. Hoſti. tz ꝯriū: qz poſſet abſqz
cognitiõe appellatõis hoc expedire: q aūt dic glo. hz lo-
cuz in dubijs: e vbi aſſumeret ptes iudicis cognitoris: vt in
pcedéti rñſo: qñ át notoriū eſt appellationé fore legitimá:
metropolitanus nõ cõtétioſe cognoſcédo declarare poteſt
ſniam fuiſſe nullá: e cõſequéter excõicatū nõ fuiſſe ligatuz.
Ex quo appet appellationé ipſius tenuiſſe. de offi. dele. cum
ꝯtingat. ¶ Op. glo. fi. q audiaſ pponés aduerſa. ꝯ regu
la. ſicut eū ſiſi. remittit Jo. an. xlv. di. diſciplinā. de hoc dic
vt de re. iur. mulius pluribꝰ. ¶ Glo. iducit q ſi qs rñdit ad
libellū aio lz nõ ꝯteſtádi: e ſic pteſtaſ q nihilominꝰ lit. ꝯte.
ſit ꝯ qd opponit de iuribꝰ pbātibꝰ pteſtationé iuuare pte
ſtáté. ſufficit de elec. cum ana: cū ſi. glo. nõ rñdit: dic q lz ad
h allegareſ q pteſtatio fcõ ꝯria nõ iuuat pteſtanté. decre.
hic nõ pbat: ſz pbat ꝯriū q iuuat: q pz: qz facit q valet ap
pellatio: e ipſe repelliſ vt ꝯrius: ná vbi ſimplr petendo renū-
ciaſſet: ſi pteſteſ nõ renūciat: ſic vbi rñdendo iducta foret li
tis ꝯteſtatio: nec pteſtatio ipediet: ſz pdicti arguētes põde
rarūt nõ caſum: ſed corticé lře: que dicit nõ audiri allegantē
ꝯria: pcederet etiá argumētū: ſi itelligés ſiné q nõ eét au
diēdus ſup pteſtatiõe: quaſi illa nõ obſtante pcedat archi
epus. Sed dicit Jo. an. q lře eſt inténtus: vt nõ audiaſ p ar-
chiepm ſup querela: quá deponit de epo: qui ipm excõica
uit: qd pbat aduerſatiua. ibi. Sed ſi in pte ſupiori, dicit au
dixi: e renūciari appellatiõi: in hoc vt aduerſatiue itelligaſ
in fcõ: e iure: vt dz: dicit q nõ audiſ ſup querela: nõ aūt dic
q nõ audiſ ſu p appellatiõe. Sed tūc obſtat. de conſti. cum
M. e ſi ſua iura: que dicūt pteſtationé facto ꝯriá nõ iuuare
pteſtanté. dic q illud verū: qñ factū repugnás pteſtationi
pficiſ: qz nõ eſt qui repellat: ſz vbi non pficiſ: qz in iudicio
eſt qui repellat: tūc vt ꝯrius eſt a limine iudicij repellédus.
Jõ ſorte ſi deſ fcõ iudex: cū nõ repelleret: e pſequereſ peti-
tioné: cū pteſtatione videſ ab appellatiõe receſſum. De
dubio aūt an etiá lite cõte. pteſtatio iuuet. dic vt etiam no.
Jnno. in c. cū. M. Et dixi. de lit. cõte. c. i. e eſt qd veneria-
lis e icipit quidá pteſtatus fuit. T. dixit q nõ eſt fcá lit. ꝯte.
qz iudex e aduerſarius tacédo videnſ ꝯſentire: de quo dic
vt in qõne poſita. de re. iur. regula exceptioné. lib. vi.

d **Jlectis.** Per appellatiões legitimá
pncipale cū ſuis acceſſorijs
ad iudicé appellatiõis deferſ. h. d. primore ſen
tentie excõicatiõis: vel iterdicti poſt eá late non
tenent. h. d. fcdo. Jn pma ptia narratio. Jn fcda diffinitio.
ibi: qz vo. que tria facit. Prio diffinit pceſſum decani poſt
appellationé epi. Secūda ibi. pterea pceſſum epi poſt ap-
pellationé decani. Tertia. ibi verū. ¶ No. i. q pro delicto
põt clericus carcerari: etiá inquantū agiſ ciuilr. ¶ No. ii.
ar. q ſub epo põt quis hře iuriſdictioné in locū excludétez
iuriſdictioné epi: e hoc eſt de ꝯſuetudine: nõ de iure: ꝯ quo
de offi. or. paſtoralis. §. i. e c. cū ab eccleſiarum: e c. quátore
c. irrefragabili. §. exceſſus. ¶ No. inferioré poſſe monere
ſupioré in his q ad iuriſdictioné inferiorū ſpectát. ¶ No.

ſupioré rõne iuriſdictiõis poſſe repetere ſubiectuz in quez
p aliū excõiceſ iuriſdictio: nõ hñté iuriſdictionem: e agere
poſſe: vt in carceratus iniuſte relaxeſ. ¶ No. arg. q actus
ſubiectiõis pteciõi: hz vis appellatiõis extraiudicialis ad
inferioré: ſed h etiam fuit appellatio accumulata. Et no. q
a grauamine futuro pparato põt appellari. ¶ No. inferio
re ab epo poſſe hře ius indicédi ceſſationez a diuinis in ec-
cleſia. ¶ No. ſupioré poſſe p ſubiectis agere: e appellare:
de quo. in ſpec. ꝯ app. §. i. e ſic appellatio nõ pdeſt ſoli epo:
ſed e clero: e pplo. h. d. vſqz ad ver. poſt modum. ¶ Expe
dio hanc parté. ¶ Op. q monitio nõ cadat in ſupiorez: ſz
requiſitio: de ſupplenda negli. prela. c. i. Expone in omniſ
ſet p requiſiſſet: ná iperioſa monitio ſpectat ad ſupiorez: hu
milis regſitio ad inferioré: de ſup. neg. pla. c. i. Nec cõſuetu
do põt dari iferiori: vt iperet ſupiori: vel in euz aiaduertat:
de ma. e ob. cū inferior: cū cõcor. e vide qd no. eo. ti. c. i. ar.
lxxxiij. di. nulla. lxxi. di. ad hec: ná vt ibi appet talis ꝯſuetu
do eſt irrationabilis. Jdeo poniſ reprobáda. de cõſue. cuz
inter. c. i. e c. fi. hñ tñ põt opari cõſuetudo q inferior impe
ná ſupioris eccleſiá iterdicat: vel a diuinis ſuſpendat: vt hic
e de offi. or. irrefragabili. §. i. ¶ Op. q potuerit decanus
repetere ſubiectū ſibi rõne iuriſdictionis: vel qui ſibi debet
ſeruitium: vel eccleſie ſue qd pſtaſ impediſ eo q ab alio de
tineſ: ná e ptáo repetit crimen ſuuz: ſi ſic detineſ q pſonalia
munera pſtare non põt: vt ff. de adul. l. de iure. i. R̃n̄. C. de
decu. l. gñali. lib. xi. Sic vř q dñs poſſit repetere aſſcriptiti
um ſuū. de iudi. c. ij. fateſ. Hoſti. q petere poterat ſi corá cõ
petéti iudice petiſſet: non ſibi ius dicendo: ſic e dñs põt va
ſallū: ſi detineſ ita q non poſſit debita ſuitia pſoluere: credi
tor aūt debitoré ſuū ab alio detétū nullo iure põt repetere:
nullū eniz ius reale hz in pſoná debitoris. de pig. c. ij. ſed ſu
piores ſic: ſz Jnno. de quo de ma. e obe. iter quos: de ſen.
ex. ſi iudex: in glo. ij. lib. vi. e qd no. de offi. or. duo ſimul. Et
de tertio ihibéte debitori ne ſoluat: vide Jnnoc. de elec. que
relá. ¶ Op. q appellatio h nõ ſit admittenda: qz oz q gra
namé pcedat. j. eo. vt debitus. Sol. hec nõ fuit appellatio
iudicialis lz iterponereſ a iudice Sed appellatio fuit extra
iudicialis a decano tanqz ab illo qui iuſte: vel iniuſte põt ali
qd facere: qd vergat in iniuriá epi: e facit ſicut: e ſequiſ: que
põt dici potius pvocatio qz appellatio. & eo. cū ſit: ſm Jn-
no. ſiebat aūt ex interdicto piudicū epo. Non ob. ſi dicant
q tunc poterát celebrare. de offi. ord. c. irrefragabili. §. cete
rū: qz nec h verū eſt idiſtincte: vt ibi no. q ſi eſſet pple tñ qui
aſtringitur nõ ſine rubore epi tunc abſtineret ab igreſſu ec-
cleſie: nec ob. q ſupior iferioris ſniaz relaxaſſet: qz id nõ fac
ſine cá. de offi. or. c. iij. ſz quátūcūqz ſupior h iuſte faceret:
iferiores de fcõ forſan ꝯriū obſuarét: qz nec ſemp obediūt
vt hic. i fi. Jté nemo iudex i ppria cá. C. ne qs i ſua cá. l. vna.
timebit igiſ epus piudiciū ſaltē de facto: ad qd. ff. q me. cá
. l. nec timorez: ad fi. ſm Hoſti. ¶ Oppo. q non appellet
epus p clero: e pplo: qñ nõ iterſit. ij. q. vi. non ſolét. de elec.
cū inter. R. So. appellat i his que ſpectát ad officiū epi: e
tangūt clerū e populum: vt in iterdicto ciuitatis: iutereſt eniz
e cleri: e populi: vt officiuz habeant: e i fide catholica robo
renſ. Ad h. de ſen. ex. c. fi. lib. vi. Jntereſt eni epi q hz proui
dere. x. q. i. regenda: e tuz de his qz ꝯ eorū aiabꝰ hz reddere
rõné. de offi. archi. c. i. de offi. or. irrefragabili. §. i. Jõ epus
in clerici caſu p ſe: e clero: e pplo appellat. de preſcrip. veni
ens: e c. d. c. nõ ſolét. Jdé dicit q dñi iuriſdictioné hñtes: vel
ſine iuriſdictiõe: dñi uz villarū: vel poſſeſſionū in qbus colo
ni habitát: agé de dolo pñt: e appellaſ p ſuo itereſſe ꝯ illos:
q in ſui iniuriaz colonos: qzqz liberos: etiā tñ ſubditos: mo
leſtát: vel ſpoliant: certū eſt enim in his cibus equū eſſe dñis
dari actiones: e cū alia nõ cõpetit: de dolo. ff. de dolo. l. i. Jn
tereſſe aūt ꝯſiderabiſ in eo q ſubditus depaupatus neceſ
ſe hz minoré collectá: vel minora ſuitia facere: qz ꝯſueuerit:
ſm quoſdá: q nõ plz Jnno. qz tale intereſſe eſt extra rez: e qz
h vellet admittere p nimios circuitus vagaretur. C. de ſer.

tūc cū appellauit epiſcopus:ꝛ planū ꝙ iuſtificatur appellatio abſqꝫ hoc ꝙ appellans aliā cauſam probet. Aut decanus tpe appellationis allegauit aliquā legitimā cauſam:ꝛ obtulit ſe ꝓbaturū:ꝛ adhuc dicit ꝙ nō iuſtificatur allegatio ꝯ appellationem:qꝛ cum appellatio ſit interpoſita ex iuſta cā:ꝛ veriſimili:ꝛ iure approbata:oblatio ꝓbationis ex pte decani ꝯtra manifeſtum nullius eſt effectus. Ideo nō releuat in aliquo decanū appellatum:nec grauat appellantem: qñqꝫ appellatus allegat aliquas cās veriſimiles:ꝛ iure approbatas:per quas dicit ſe iuſte ſniaſſe:appellans autē allegat multas cās:ex qbus appellatio iuſtificaretur:ꝛ offert ſe illas patū ꝓbare:ꝛ tūc ex hoc nō releuat appellans:niſi aliter doceat de veritate:ꝛ iuſticia appellatiōis ꝛ tenent ſnie in eum late:ꝛ ſi diceret ſe grauatū:eo ꝙ ſine cognitiōe cauſaꝝ ſuarū fuerit excōicatus. ſ.eo.ad audiētiā. Rñdet illud locū habere vbi poſt appellationē ſert ſnia:ex cā nō ꝓbabili:ꝛ nō veriſimili a iure cōi:vel cōſuetudinario:nō approbata. Sed vbi ꝓfert ex cā ꝓbabili:ꝫ ſnia:ꝛ ſi non ꝓbet aliter, veritas cāe. Alñqꝫ appellatio īterponitur ex cā ꝓbabili:ꝛ a iure approbata:ꝛ ſnia ꝓfertur ex cā ꝓ tunc manifeſta:ꝛ tūc ſi decanus ꝓbat illam ꝓ tūc fuiſſe manifeſtā qñ excōicauit:licet illa cā eſſet ꝯ ius cōe:ſi tñ cōpetebat de cōſuetudine non reuocat interdictū. Si autē cauſa ꝓ tunc ſententiādi contra ius tūc non fuiſſet manifeſta:ſed tñ in veritate iuſta ſubeſſet cā interdicendi:ꝛ tunc eſſet ſnia ſine grauamine relaxanda:ꝛ īterdicens puniendus:ſicut in excōicatiōis ſnia obſeruat:ꝛ vt pꝫ ex no.de ſen.ex.ſacro.i.R°.ſm Inno. ¶ Opp.ꝙ datione apſtorū quis nō videt deferre.ſ.e.i.lib.vi. Sol.dic loqui ꝯ de dimiſſorijs:ſecus in refutatorijs:vt ibi. Idē ſi ſimpliciter dat eos:qꝛ videt in dubio deferre:ſm Ab. ¶ Op. ꝙ debuerit valere excōicatio lata per epm in decanum:qꝛ cū excōicauerit eo ꝙ turbauerat eum in diuino officio:occaſione ſentētie late poſt appellatiōeꝫ legitimā eꝓriā iuſte excōicauit:qꝛ īterdictū erat nullū:ꝛ ſic iniuſte turbabat. Sed dic:ſm Inno.ꝙ hoc iō:qꝛ negociuꝫ oīuꝫ interdictoꝝ fuit gradatiꝫ. Primo ad archiepm. Scdo ad papā delatum:nā per primā appellationē delata fuit ꝑncipalr cauſa ad metropolitanū. Secūda vero appellatio īterpoſita ab officiali:ꝛ ab ipſo recepta cognitiōe,ꝑncipal:ꝛ acceſſoria tranſlata fuit in papā:quāuis igit iuſta cā eſſet excōicādi:eꝑus nō erat iudex:ꝛ ſic ſm appellationē delatio oꝑabit ſuſpēſionē reſpectu pīe appellatiōis:ꝛ attētati:vt oīa cēſeat deuoluta. Nō ob.ſi dicat eꝑs poterat appellatiōi ſue renūciare.ii.q.vi.ſi qs libellus.ſ.e.īterpoſita.§.i.dic illō ve:ꝝ:qñ nō eſt ipaꝫ appellans ꝓſecutus:ſꝫ h ipaꝫ erat ꝓſecutus:ꝛ ipſi° ꝑtextu ſcdo fuit appellatū:ꝛ illi delatū:vnde vi ſecūde cā tota erat deuoluta:que nō pendebat ex ꝑtāte epi p̄mo appellantis:ſed decani:vñ nō licuit appellāti poſt īcluſionem partis appellantis:ꝛ ſedis apoſtolice renunciare appellatiōi:que tenebat:qꝛ ex eo quia caſſatur qcquid poſt appellationē decani archieꝑus attēptauit:ſm Inno. ¶ Opp.ꝙ attentata poſt appellationeꝫ ſunt nulla:ꝛ retractanda:dato ꝙ non innotuerit de appellatione ipſi archieꝑo:cū ipſius iuriſdictio fuerit ſuſpenſa:ꝛ po appellans ab eius exempta iudicio.ſ.eo.paſtoralis.§.i. Sol.quidā dicūt attentatū ita demū retractandū:ſi innotuit de appellatiōe attētati:vt hic:ꝛ hoc tꝫ Inno.ſ.eo.cū ſit romana:ad hoc.ſ.eo.ſi duobus. Inno.tenet ꝯtra.ꝛ ſupplet marie. Idē eniꝫ eſſet:ſꝫ Inno.ſi de app. nō innotuiſſet archieꝑo:cū ꝑ ipſam:etiā in eius abſentia ſo etā:pars appellans fuerit ab eius iuriſdictiōe exēpta.ſ.eo. paſtoralis.§.i.ii.q.vi.biduū.de offi.deleg.paſtoralis.§.ꝑterea.de quo.ſ.e.īterpoſita:in ꝟbo corā iudice.ſ.eo.ſuggeſtū:ꝛ dicā.ſ.eo.ſi iuſtus. ¶ Op.ꝙ vitandus ſit excōicatus pen. appellatiōe añ ſniaꝫ interpoſita.ſ.de ſen.ex.ꝑ tuas.ver.nos.

Sol.illud veruꝫ in iudicio excepto articulo:de quo agit: extra iudiciū nō:etiā in diuinis nō vitat:vt hic:ꝛ ō ſen.ex.ſolet.lib.vi. ¶ Quero qd ſi hac appellatiōe pen.excōicatus eligat:an ſi poſtea detegat excōicatiōeꝫ fore nullaꝫ:valeat



electio:quidā dicūt ꝙ ſic:ar.hic ꝛ quia coperta veritate.ec. viij.di.veritate:quidam tñ dicūt ꝙ taliter eligentes peccāt. Sꝫ dicit Inn.ꝙ nō videt cām qꝛ eligendo nō cōicant ei: ꝙ eſſet peccatū.ſ.ō his q̄ vi me.cā.e.ſacris. Itē talis ꝯſentiens electioni nō peccat:quia non tenet ſe gerere pro excōicato:de ſen.ex.per tuas. Inno.dicit ꝙ hic cōſtabat ſniam nō tenere:vt colligit ex oppoſitiōe ꝓrima:ꝛ ibi alleg.qꝛ pōt ei cōicari extraiudicialiter. ¶ Venio ad gl. ¶ Quero qd mouit decanū ad nō deferenduꝫ:dic qꝛ manebat in crimine:pro quo excōicabat eꝑus.ſ.e.cōſuluit. ¶ Quero qui fuerunt modi hic expreſſi.dic quia forte paratus erat eꝑus dimittere ſacerdotē:preſtita cautione de reſtituendis reb° eccleſie:vl de reſeruando eccleſiam indemnem: vel ſi decanus oſtenderet eccleſiā illā:vel ſacerdotē:ad ſe ꝑtinere.vnde ſm hos vel ſimiles modos ſe offerebat ad iuſtitiā. Iō aūt nō tenuit interdictū:qꝛ nō erat notoriū ꝑſbyteri captioneꝫ iniurioſaꝫ eſſe:ꝛ notorium erat ius pro epiſcopo rōne dioce.xvi.q.vi. oīs:cum ſpe ſnie.de renuncia.in ꝑſentia:ſꝫ Jo.an.vel dicebat ſe paratū ſtare ꝯſilio:ꝛ iudicio archiepi:vl amicorū cōiter:vel his ſimilia. ¶ Oppo.ꝙ ſententia interdicti nō poſſit ſuſpēdi:ſicut nec excōicatus.ſ.eo.ad hec:ꝛ.c.paſtoralis §.i.ꝛ quia ſtatim trahit ſecum executionem.ij.q.vij.§.notādū.ff.ō fur.l.nō pōt:vt in fi.ff.ad tertu.dic ꝙ ꝯtriū ꝓcedit qñ fuit lata pure:ꝯ lata fuit ſub ꝯditione:vel in diem.ſ.qñcūqꝫ eꝑus eſſet pñs.ff.de heredi.inſti.l.quotiens.§.ſi quis ita:ꝙ talis ſnia bene pōt ſuſpendi per appellationem.ſ.eo.ꝑterea Ideo cum appellatio ꝑceſſerit purificatiōnē ſuſpēdit. Itē dicunt hic docto.dū tamē appellatio fuit interpoſita a tpe ſnie.ſ.x.dies. Sed de hoc dic:vt.ſ.e.ꝑterea:vel fuit ſic ſuſpēſum a ꝑncipio:vſqꝫ ad.x.dies admiſeritis ſacerdotē:ꝛ tūc fuet iterdictuꝫ:hoc videt ꝯ tex.qꝛ vt lrā ſonat interdictum fuit ex poſt facto ſuſpenſum. Iō glo.dicit ꝙ interdictū:quātūcūqꝫ purū:pōt ſuſpēdi:ꝛ in hoc differt ab excōicatiōe:ſicut effectus originalis peccati ſuſpendit:ſic vt ipſum originale maneat.ō ꝯſe.di.iiii.c.ij.ſicut ꝛ i acceptilatiōe.ff.de donati.inter.vi.ꝛ vxo.l.cū hic ſtat°.§.ſinaūt:nec ē op° vt iteꝝ renouet.C.de cur.fur.l.fi.q̄ caſu ſi appellet ſuſpēdit īterdictum:vt no.ſ.eo.ad h:dūmō appellatio ſit legitima:ꝛ recitat oppoſitā opi.ꝙ nec ſuſpēdi:nec appellari. ¶ Ultimate reſidet ꝙ differat īterdictū ab excōicatiōe:vt eſt dictum ꝛ aſſignat cām in excōicatiōe:fatet tñ excōicationē poſſe a papa ſuſpēdi:qꝛ ſi pōt tollere:forti° ſuſpēdere:dic vt.ſ.eo.ad hec Hoſti.aūt dicit hic ꝙ duo ſunt effectus ſnie:vnus quo ligatur aīa:qui ꝑficit in ꝓlatiōe ſed etiā in abſente.ſ.eo.cū ſit romana:ad fi.ꝛ de re.eccle.nō alie.ſi quis:ꝛ hic ſuſpēdi nō poteſt ſnia ꝓlata:nec denūciatio plus ligat.ſ.e.paſtoralis.§.i. Secus in cōditiōali.ſ.e.ꝑterea. Secūdus eſt effectus quo ſeparat a cōione hominum.xi.q.iij.nihil.de excep.a nobis. Iſte in denūciatione ꝑficit:nā ante denunciationeꝫ reputat occultus:nec vitat in publico.de ſen.ex.cū non ab homie.i. R°.ꝛ poſſet ignorantia tūc allegari ex pte participantis:ꝛ etiā excōicati. Et de tali effectu denūciationis pōt hic loq: ꝑ quē venit ad effectū ſnie ſeruādē:tñ qa ignorās ſniaꝫ in ſe latā appellat:ſuſpendit:ſi appellet ipſam denūciatio:ſm eū de quo.ſ.eo.paſtoralis. ¶ Glo.in ꝟbo exequēdam querit de rōne:ꝛ recte rñdet:ꝛ eſt clara. Inquantuꝫ dicit attētata retractanda añ cognitionē appellationis itellige verū qñ a diffinitiua appellatur. Secus ſi ab interlocutoria:ꝙ dic:vt de app.non ſolū.lib.vi. ¶ Glo.in verbo turbare ponit penā turbātis officiū diuinū:ꝛ ponit penā canonū:leges ipo/nūt penā capitalē.C.de his qui ad ecc.cōfu.denunciamus. In auē.de ſanc.epi.§.ſi quis.col.ix.C.de epi.ꝛ cle.ſi quis in hoc genus. ¶ Glo.in verbo deferēdū ponit partē facti:ꝛ male:qꝛ delatio ꝑceſſit denūciationē. ¶ No.tñ glo.ꝙ delatio reddit nulla p̄ius attentata:nedum attētata poſt delationem:ꝙ eſt notabile. ¶ Oppo.ꝙ appellatio decani ſi interceſſit ad defenſionem facti diuinis legitimi ſit inualida:ꝛ ſic non defendit appellantem.ſ.eo.cuꝫ nobis oliꝫ:de cō

ſequi appellationē ſi infra terminū negociuꝫ ceperit: ad qd̄
.ſ. de reſcrip. ex parte. ¶ No. caſum in quo iudex ad quē
ſtatuit terminū: ad appellationē ꝓſequendā: qñ negocium
tangit publicā vtilitatē: ꝛ celeritatē deſiderat: ꝓpter pericu
lum iminens aiarum. Et no. ꝙ eo ꝙ datur vacatio ſatiſdaꝛ
periculū iminere: inquantū de eſt cura paſtoris. ¶ No. ꝙ
in tangentibus vtilitateꝫ: nedum pōt imo dꝫ quis ex officio
ſupplere: ēt qñ tangitur preiudiciū particularis eccleſie. vi
de de poſtu. bone. i. de inſti. cū veniſſent. de iureiu. ad nr̄aꝫ.
ꝛ. c. ſicut. ¶ No. ꝙ ſcōe littere poſt primas validas in cau
ſa appellationis non valent: non facta mentione de primis:
nec primis derogant. ¶ No. ꝙ is a cuius ꝯfirmatione ap
pellatū eſt: interim non adminiſtrat: vide quod no. de elec.
auaritie. li. vj. ¶ No. ꝙ iudex impetratus ab appellato nō
ſemper affirmat: ſed infirmat: ſi veniat infirmandū: ꝛ econ
uerſo iudex appellantis qñqꝫ cōfirmat. ꝛ. c. ij. ſm Inn. ꝛ no.
.ſ. de. off. dele. cum contingat: qꝛ in cā appellatōis pōt ferri
ſnīa ifirmatōis ſup libello ꝯfirmatōis: ꝛ ecōuerſo: ꝛ videꝙ
no. de re. ſpo. ex ꝯqueſtōe. Quid ſi cā aſi terminū ī curia cō
mittaꝛ an valeat cōmiſſio. dic ꝙ ſic. ꝛ ſic ſuat curia: lꝫ nō va
leat impetratio extra curiā: ꝛ eſt cā: qꝛ in curia daꝛ iudex ex
offō: ꝛ ſi ad petitōꝫ ptis. vñ ſi ꝑiudicaꝛ alteri pti extra curiā
ad petitōꝫ ptis. vñ ꝑiudicareꝛ pti. diē Jo. mo. de reſcri. ſup
rubrica. li. vj. ſic pñt itelligi dñi de rota ſua ꝯcl. ci. vbi dñt ꝙ
curia nō ſuat h. c. i curia qn pꝫ appellata āte terminū poſſit
ipetrare cōmiſſionē ſup appellatiōe vigore cuius appellās
teneꝛ ꝓcedere. Quid ſi appellatꝰ ipetrat. ꝛ. terminū hoīs ſcā
mētōe ð termio valet ipetratio: vt h: ſꝫ an poſſit cōpellē ap
pellantē ad ꝓſequendū. de termino iuris: ponit ſpe. in tit. de
ap. §. nunc vꝛ. v. lꝫ aūt. dicit Fred. ſua ꝯclu. clxviij. ꝙ non: vꝛ
ꝙ poſſit eum cogere ad ꝓſequendū: non ob. ſi dicaꝛ termi
num ſtatutū ad ꝓſequendū hoc operari: qꝛ ille terminus iaꝫ
vꝛ operari ſuū effcm̄: qꝛ appellās ſe pñtauit ſupiori: lꝫ aliud
non fecerit: ꝛ aliud non videꝛ operari. .ſ. e. cum ſit romana.
¶ Quero an infra terminū iuris poſſit appellatus ꝓſequi
coram ipſo iudice appellationis aliter non impetrando. dic
ꝙ ſic: ſed tunc neceſſe eſſet citare aduerſarium: qd̄ dic vt .ſ.
.e. ſepe. ſup glo. ſi lis. ¶ Quero an poſſit terminus ſtatui
ad ꝓſequendū ab appellato. dic ꝙ non. ſm Joā. an. de quo
remittit in ſpe. de ap. §. qualiter. circa fi. v. porro. ꝛ idem no.
de ap. cordi. li. vj. in glo. petierit. v. item lꝫ appellans. de quo
per archi. ibi in verbo ꝑ principales: pōt tñ terminū appro
bare. ſcdm formā. c. ſepe. ꝛ. c. cordi. de ap. li. vj. ꝛ hoc tenent
dñi de rota ſua ꝯclu. cicix. dicunt tñ ibi ꝙ lꝫ appellatus non
poſſit appellāti ſtatuere terminū ad preiudiciū appellantis
pōt ſtatuere ſibi ad preiudiciū ꝓpriū: ſcdm quoſdā: ſed non
placuit dñi de rota vt ibi. ¶ Quero infra quantū tp̄s poſſit
appellatꝰ ꝓſeq appellationē. ꝛ. terminū iuris. qdā ꝙ i vltio
menſe. ij. q. vj. appellatio: alij ꝙ prius impetrare poterit: ſed
agere poterit ad finē per menſem. Jo. an. dicit hoc arbitra
riū. de of. dele. de cauſis. ꝛ veniet in arbitratu ꝯditio pſona
rum: qualitas cāe: ꝛ loci diſtantia. .ſ. e. cū ſit romana. de elec.
cupientes in prin. li. vj. nec inde fit preiudiciū appellanti: cuꝫ
rēgratiari bēat appellato: qui ꝓprijs expenſis impetrauit ſi
bi iudicē: per quem obtinere poterit ſniam infirmari: vt hic
in fi. vide in ſpe. de ap. §. nunc breuiter. v. lꝫ aūt. Quid aūt ſi
agatur de matrimonio carnali: an eodē mō iudex: ad quē
poſſit abbreuiare terminū ad appellationē ꝓſequēdā. dicit
hic Ho. ꝙ ſic ꝛ goſ. alle. vt lite nō ꝯte. qm̄. idem dicit Goſ.
in alijs que celeritatē deſiderant. ff. de dā. infec. l. i. de fer. l. i.
ꝛ. ij. qd̄ puto vt ꝛ dicunt doc. qñ tangunt publicam vtilitatē
qꝛ qñ agitur de priuata: ꝓrogare pñt ptes quantuꝫ volunt:
nec ibi iudex occurrit ptibus tacentibus: vel inuitis. Secus
ſi de re publica litigatur vt de ꝓuiſione eccleſiarū: vel ſalute
aīe. ad qd̄ de elec. cuꝫ nobis olim. Quid in cā principali ele
ctiōis: an ſit terminus ſtatutus. dicit Ho. ꝙ ſatis foret equū
ſtatui: ꝙ ſi non terminaꝛ. ꝛ. annū: ex tūc ſuperior ꝓuideat: niſi
iuſta cā ſubeſſet. de iure pa. eā te. ꝛ cū ꝑ. ad hoc. eo. ti. qm̄.

Nam ſi expectatur per ſex menſes: remouetur ab obtento:
niſi habeat iuſtum impedimentū. de cle. non reſi. ex tue. ſoꝛ
tius ꝓmouendū impeditur. dicit Joā. an. ꝙ hec eſſet ſūma
iniquitas: ꝛ in decre. ex tue. eſt dare culpaꝫ non reſpōdētis.
Ad alia iura reſpōde: vt no. de offi. ordi. cum nos. in princ.
Seruitium aūt beneficij impleri poterit per vicarium tem
poralem. .ſ. e. peruenit. ꝛ in concor. ad hoc cle. e. ti. qꝛdiu. ho
die tenēꝙ habes. de elec. c. i. ꝛ. c. cupiētes. ꝛ. c. ſi poſt ꝙ. li. vj.
¶ O p. ꝙ poſſit prorogare. .ſ. e. ex ratione. So. fallit ibi.
ſed dicit Jo. an. ꝙ illud non eſt prorogare: ſed parciꝛ ei qui
infra tp̄s lĩmū non ꝓſequiꝛ. declarat hoc Jo. an. in ſpe. de
ap. §. nunc videtur. v. iſtud aūt ſcias. Qꝛ prorogatio eſt idem
ꝙ extenſio: vel ꝓuiſio. in his enim opoꝛtet exiſtere rem: que
dꝫ extendi: vel ꝓtendi: ſic tp̄s vel quelibet materia. ibi ergo
ſit noua tp̄is conceſſio: ex cā beneficio reſtōnis: vel iure cōi
vt ibi no. ad hoc de offi. dele. p. ꝛ. g. ꝛ. ff. de preca. l. ſed ſi ma
nente. ꝛ in ſpec. de dele. §. fi. v. item ꝙ iuriſdictio. ꝛ vide in
.v. ſe. ad primā allegationē: qd̄ ibi no. ante tp̄s appellatiōis
poſſit prorogari. ¶ Quero an appellans poſſit preuenire
terminū iuris: quantū ꝛ qñcūqꝫ velit. dicit glo. ꝙ ſic: qꝛ eius
fauore eſt ſtatutus: ꝛ eſt ratio diuerſitatis: quare iuris pre
ueniat: ꝛ non hoīs: qꝛ ſm Goſ. terminus hoīs cōiter breuis
eſt: qꝛ moderatur legalem. .ſ. e. cuꝫ ſit: nec pōt prorogari: vt
hic: vel qꝛ homo alterius nature ē ꝙ lex. ff. de arbi. l. celſus.
verius eſt ꝙ terminus iuris datur ad finiendū: vt ſequiꝛ in
glo. ideo neceſſe eſt ipſum preueniri. terminus hoīs daꝛ ad
inchoandum: merito non preueniꝛ. ibi terminata. dic vt in
cle. e. ti. qꝛdiu. ¶ Quero an altera parte abſente poterit ap
pellatus proſequi. glo. dicit ꝙ ſic: ea tñ prius citata. de re iu
di. cū bertoldus. ¶ Quero an ſicut nec appellatus ita nec
appellans debeat preuenire captioſe. glo. dicit ꝙ ſic: qꝛ idē
in vtroqꝫ dicit Jo. an. poſt Inn. hoc tenendū: lꝫ Inn. hic vi
deatur innuere ꝯtriū. de quo .ſ. de offi. dele. ex lr̄is. ꝛ ibi per
Ho. Inn. tꝫ dictum glo. de ma. ꝛ obe. dilecti. in glo. ſed qd
prodeſt ad fi. ꝛ. J. de his que fi. a ma par. ca. c. i. ꝛ vide quod
dixi de reſcrip. c. ij. dic ſi queritur an ita appellans: ſicut ap
pellatus debeat facere mentionē. de ap. ꝛ termino hoīs. dic
ꝙ ſic. ꝛ hoc inquantū parificanꝛ. ſic intellexit Jo. an. non ad
uertens ſuper quo verbo eſſet ſita glo. habes enim cām in
verbo pcurrat. Si queriꝛ an in hoc ſint pares: vt in termino
iuris precurrendo vnus non poſſit preuenire aliuꝫ. dic ꝙ nō
qꝛ appellans pōt preuenire: ſed appellatus non pōt nimiū
precurrendo. vnde glo. non bene diceret: ꝛ eſſet ꝯ gl. in ver
bo appellata: ſed forte apoſtilla eſt ſignata ſuper. gl. fi. in fi.

## P Er tuas.

Altera parte contumaci/ter abſente iudex appella
tionis diffinit ēt negocium principale ſi poſt litē
conte. fuerit appellatū. h. d. Cōis diuiſio. ſcda.
ibi. nos igiꝛ. ¶ No. ſ. ꝙ in abſente lite ꝯte. in principali cā:
pōt ꝓcedi ad diffinitiuā in cā appellatōis aliter lite non ꝯt.
ſiue fuerit appellatū a diffinitiua: ſiue ab interlocutoria: ſiue
agaꝛ ad deciſionē articuli principalis: ſiue ad deciſionē arti
culi appellatōis. dēnt tñ duo ꝯcurrere: ꝙ lis ſit ꝯt. ꝛ ꝙ liqat
de cā: altera deficiente non pōt. ꝛ ſic no. ꝙ lit. ꝯte. ſup ꝑnci
pali non reſcindiꝛ per appellationē: ſed durat: ꝛ ꝑficit ac ſe
extēdit: ad inſtātiā appellatōis. ¶ O p. ꝙ aliter non citata
pte potuerit ad ſniam ꝓcedi. .ſ. eo. ſepe. So. illa loquiꝛ qñ
terminꝰ fuit ſtatutꝰ: q a iure hꝛ ꝓ citatōe: h qñ nō fuit termi
nus ſtatutꝰ. ꝗ caſu oꝫ ptē vocari: alš in nulla culpa eēt: cū ne
ſciat hūc iudicē ipetratū: nā terminus certꝰ eſt vtrqꝫ pti: qñ
ē ſtatutꝰ: ſꝫ delegatꝰ ſepius ē icertꝰ: ſm Jun. ꝛ Ho. ꝛ Ab. q
Jnn. arguit in ꝯ. ð decre. ſup lr̄is. i fi. de reſcrip. .ſ. ¶ O p.
ꝙ ad ſniam non debeat ꝓcedi lite non conte. vt lite non cō
teſta. c. quoniam. dicit Innocen. ꝙ ſpeciale eſt priuilegium
appellationis: ꝛ in ea ad ſententiam procedi poſſit lite non
conteſta. dic ꝙ ſi lis eſt conteſta. coram principali. poteſt ꝓ
cedi ad ſententiam lite non conteſta. in cauſa appellationis:
quia conteſtatio ſe intendit ad appellationis inſtantiam: vt

tio. ſcđa. ibi. ſtatuimus. tertia. ibi. ſaluis. ſcđa. ſubdiuiditur in alias tres. In prima probibet ante ſententiam appellari abſq3 rationabili cauſa. ⁊ ipſius nō rationabilis cauſe duo ponit exempla. In ſcđa. ibi. cum autem approbat appellationē: ex rōnabili cā expſſa corā iudice: iteriecta3: dicens iudicem appellatōis de ipſa cognoſcere debere. In tertia ibi. ⁊ finitiuis iſtruit ipſu3 iudicē in pceſſu. ⁊ hoc dupliciter cum reperit non rationabiliter appellatum in remittendo: ⁊ in expenſis condemnando. Scđo ſi reperit legitime appellatum in procedendo: ⁊ ibi alioquin colligo notabilia: ⁊ expediam tex procedendo per partes. recipio primo cauſam conſtitutionis. ¶ No. de dictione vt que ſtat hic cauſatiue licet cōmuniter modaliter intelligatur. ad hoc de ſpon. veniens. ii. de elec. eccleſia. de conſti. c. ii. li. vi. interdum ponatur conſecutiue. de quo de condi. appo. verum. de quo. ibi. ſuper ſi. ſcđe gl. ¶ No. ii. honorem debitum iudicibus cōſeruandum. ad hoc de ſi. inſtru. cum ioannes. ad fi. Et hec eſt cauſa quare pro eius preſumit ſententia. de renun. in preſentia. de re iudi. ſi. ut. quod eſt verum in cauſa principali ſecus in cauſa appellationis: quia potius ſtatur appellationi. ē. c. dilectus. ad hoc quia in ambiguitatibus emergentibus defertur: quia eius ſtatur arbitrio. ff. de iure deli. l. ii. de offi. dele. de cauſis. item vbicunq3 ſibi videtur etia3 poſt cōcluſionem interrogat. de ſi. inſtru. cum ioannes. de teſti. cu3 clamor: ⁊ ad petitionem etiam eius ſuper negatiue compellitur pars reſidere: q non eſſet ſi fieret a parte parti: nec iudex cum parte concurreret: nec approbaret. de iudi. c. i. ſm Uin. q dic vt de confe. c. i. li. vi. ¶ No. conſulendum litigantibus ne variis expenſis ⁊ imoderatis fatigentur. ad hoc de dolo. finem. ⁊ dicit Uin. q quandoq3 fortius ligat pars q̄3 iudex quia ſi iudex defert iuramentum non poteſt appellari. ff. de iureiurā. admonendi. de quo. ē. de iureiurā. c. ſi. non ſunt glo. ⁊ doc. non ſcribunt aliud. ¶ Uenio ad. ꝟ. ſtatuimus. ¶ No. i. a competenti iudice recedere non poſſe appellationis via: niſi ex rationabili cauſa ante ſententiam appelletur: ⁊ ſic oportet q cauſa in appellatione exprimatur. de quo. ſ. de appella. cordi. li. vi. ¶ No. ii. q non videtur hodie tranſmiſſionem nuncii: aut itineris arreptione3 per nuncium: ſuſpendere iuriſdictionem iudicis inferioris. ¶ No. iii. q de litteris primis contra ſcđas hodie non valet opponi: anteq̄3 prime ſint iudicibus preſentate. ¶ Op. q non admitteretur appellatio: etia3 ſcđm illa tempora: niſi ex legitima cauſa. ē. eo. cum eccleſia. So. de iure antiquo in appellatōibus a papa ex quacūq3 cauſa dūmodo nō manifeſte fruſtratoria: appellatio deuoluebat ad eum. ii. q. vi. c. i. ii. ⁊ iii. ⁊ per totū. ⁊ c. ſuper eo: ⁊ interdū ex hoc tractus ad remotos iudices cogebatur ſe redimere: hoc vult prouidere hec conſtitutio. non ob. c. eccleſie quia ibi vel loquitur de admiſſione per iudicem ad quem: vel loquitur de appellatione interpoſita ad inferiorem a papa: que ſaltem per iudicem ad quem non erat admittenda cum effectu: vbi non ſuberat cauſa: ne ſic iuriſdictio iudicis inferioris confunderetur. ¶ Oppo. ii. q appellari poſſit ſine cauſa actualiter ſubſiſtente de preſenti. ē. c. bone. So. hic loquitur quando appellatur a iudice: ⁊ iudicio cepto: vt patet ibi conuenitur q ſufficit vt per ſolam citationem dicatur ceptum: at vbi in iudicio cōuentus non eſſet: ⁊ ſic extra iudicium appellaret: poſſet hoc ex probabilibus coniecturis grauaminis inferendi: habet illius non ſit: vt ibi: appellatur in facto. de quo. ē. eo. dilecti. ¶ Oppo. q per hec q cauſa debet exprimi ſuperfluat decre. l. eo. cum ſpeciali. dic hec procedit: quando proceditur ad inſtantiam partis: illa tamen quando ad petitionem iudicis: ex officio: ⁊ ſic non ſuperfluat. glo. inducit decre. i contrario: q interruptio facta non ſit per lit. conte. cora3 iudice incompetenti. ad hoc alle. C. ne de ſta. defunc. ſi pater. ad hoc quod no. de preſcrip. illud. de pur. ca. ex tuarum. glo. dicit bene vbi ad interruptionem requiritur lit. cōteſt. vbi autem exigeretur ſola mala fides: ſi ex illo actu conſtitueretur in mala fide interrumpetur: alias non: quia talia vt in facto conſiſtentia operarentur etiam ſine iudicis competentia: vt in. c. etſi clerici. no. ⁊ de or. co. dilectus. ¶ Op. ⁊ videtur q poſſet appellari abſq3 cauſe expreſſione. ii. q. vi. ad romanam. glo. dicit hic q iura antiqua ſunt innouata: in quantum poſt nihil eſt innouatu3: ⁊ ſic quod nec innouat decre. de ap. cordi nobis. potius imo in illis innouātur iura antiqua: quia cum hoc loquatur in appellationibus ante ſentē tiam: ſtatuta in his videntur negare in appellatōibus a diffinitiua: vt de preſump. nōne. xxv. diſt. qualis. dic tres caſus. Primus quando appellatur ante ſententiam. Secundus quando poſt diffinitiuam. Tertius quando in actu executionis. Primo caſu de iure ciuili regulariter non admittitur. ſed diſtinguunt legiſte. Scđm caſum de appella. c. ſi. li. vi. Si grauamen eſt reparabile per appellationem a diffinitiua non admittitur. ſi non eſt reparabile admittitur. de quo per Bar. ff. de appella. reci. l. ante ſententie. ⁊ per hoc quādo ſperatur diffinitiua: vbi nulla ſperatur poteſt appellari. ⁊ totum eſt id quod dictum eſt: quia nō reparatur poſt appellationem a diffinitiua: ex quo non ſperatur. ff. de app. ab executore. ⁊ l. ait pretor. §. permittitur. ff. de mino. ſcđm ius canonicum: quia appellatio de iure ciuili regulariter remota: exigitur enim cā. agit ſi ſine cauſa appelletur: non admittitur ſi cu3 cauſa manifeſte fruſtratoria: nec olim: nec hodie admittebatur: vt dixit glo. ē. eo. paſtoralis. ſi ſine cauſe: vel non legitima expreſſa: non admittitur hodie: olim ſic: ⁊ ſic in hoc corriguntur iura antiqua. Circa cauſam tamen eſt differentia: quia in extraiudiciali ſufficit cauſa3 fore probabilem talis que legitima ⁊c. ſed nondū ſit in exiſtentia ſcđ3 tempus appellationis in appellatione iudiciali exigitur exiſtentia de preſenti: vt dixi. ē. c. bone. ⁊ c. conſtitutus. ⁊ c. dilectus. iuſtificatur tamen deinum a tempore quo ſupuenerit cauſa appellandi. Appellatio autem iudicialis exigit cauſam de preterito. ad hoc de appella. cordi. li. vi. Sufficit tamen grauamen de preterito. licet cum illo habeatur appellando etiam reſpectus ad grauamen de futuro. ſ. e. cū ceſſante. ad hoc de dila. preterea. ē. c. conſuluit. ⁊ ideo valet hic appellatio precedente grauamine appello a tali grauamine: niſi reuocaueritis: et no. de teſti. ſignificauerunt. ⁊ de dila. c. i. ⁊ idem no. ſpec. de appella. §. qualiter. ꝟ. item q faciat. Nū quid autem hec cauſa debeat exprimi ſpecifice: an ſufficit dicere appello quia me grauaſti. tenet Innocen. q ſufficit. de ope. no. nun. c. ſi. vbi examinat hanc ptē3: de cauſe expreſſione: ſicut ſufficeret dicere appello quia locus non eſt tutus: licet non dicat quomodo. hoc tamen non tenet: ⁊ dicit cauſa3 exprimendam ſpecifice. nec ob. ē. c. ex parte. ⁊ quod ibi. no. quia non eſt neceſſe cauſam cāe exprimi: ſed bene cauſam: nam eſt cauſa generalis: vt quia iniqua vel quia grauaſti: ⁊ hic non ſufficit. eſt cauſa ſpecialis. ſ. expreſſio facta: ex quo ſurgit grauamen: ⁊ hec eſt exprimenda. eſt cā ſpecialiſſima. ſ. cauſa cauſe facti: ex quo ſurgit grauamen: ⁊ hec nō eſt exprimenda. vnde non ſufficit dicere appello quia me grauas ex proceſſu in loco non tuto: precedente grauamine: ⁊ non eſt neceſſe dicere appello quia procedis in loco non tuto: q3 habeo ibi inimicicias capitales de hac materia: qualiter cauſa ſit exprimenda. dic latius: vt de appella. cordi. lib. vi. vnam dicit Pau. in cle. appellanti. de appella. in cle. q in quantum hec iura artant ad appellationis cauſam exprimē dam. hoc verum dicit niſi cauſa ſit patens ex actis: ita q non ſubiiciatur neceſſitati probādi. ſed fieri debet ex allegationibus iuris. ſed hoc cōmuniter non tenetur: talis enim notorietas ex actis non excuſat a propoſitione in appellatōe que hanc exigit pro forma: licet excuſet a neceſſitate probandi: vt no. gl. i cle. appellāti. ⁊ no. gl. e. ti. cordi. li. vi. ⁊ no. vt lit. nō conte. accedēs. i. imo dicūt dñi de rota q nō ſufficit appellare ex cā aliona ſpecifica vel alia ex actis patēti: ⁊ multominus ſi appelleſ ex quacūq3 ex actis patēti: niſi iuſtificeſ ex expſſa q3 hec expreſſio exigitur: vt debitus honor ⁊c. vt ſic videas

vt refutatorios det apoſtolos: vel dimiſſorios: ⁊ ne pars
poſſit variare: ⁊ ne teneat appellatum in incerto. vbi autem
appellatur ab executione: ⁊ tunc cauſa eſt exprimēda: quia
hec nō eſt appellatio a diffinitiua: ⁊ quia regulariter reijci
tur appellatio niſi modū excedat: oportet ergo ꝙ cauſa ex
primatur: vt videatur an modum exceſſit. no. ſpec. in tit. de
execu ſen. §. nunc dicendum. verſi. ſed nunquid. Si appelle
tur ab interlocutoria ſapiente vim diffinitiue. dixi. ṡ. eo. per
uenit. ¶ Oppo. cum ſit hodie a iure remota appellatio ꝙ
non procedat. §. ſi vero duo. in c. ſuper queſtionum. de offi.
dele. vbi dicitur ꝙ ſi cauſa eſt delegata duobus cum clauſu
la ap. remota: ⁊ vnus cōmittat vices ſuas alteri: non poterit
procedere: appellatione remota: quia ſubdelegans non po
terit cōmittere appellatione remota: quia ex quo non eſt re
mota a iure: poterit procedi appellatiōe remota ex poteſta
te iuris: licet non poſſet ex parte poteſtatis ſubdelegantis.
glo. ſatetur. dicit glo. verum tenendo ꝙ remotio appella
tionis per ius hoc idem operetur ꝙ remotio ab homine.
Sed vt I. dicam clauſula aliquid operatur vltra ius: vt dixi
etiam. ṡ. eo paſtoralis. In terminis illius c. nō procederet
ex toto appellatione remota inquantum remouetur ab ho
mine. ¶ Queritur ergo ad declarationem huius an clau
ſula appellatione remota hodie: ab homine appoſita: ali
quid operetur. glo. dicit ſm opi. Jo. ꝙ operabitur: quia in
quantum appellatur ab interlocutoria cum ſublata ſit per
ius: vt hec clauſula nihil operabitur. inquantum appellatur
a diffinitiua operabitur: quia vbi ea nō appoſita poteſt ap
pellari ſine cauſa a diffinitiua: modo operabitur: quia opor
tebit in appellatione a diffinitiua cauſam exprimere. hec nō
placet glo. quia hec decre. nihil loquitur de appellatione a
diffinitiua: ſꝫ reprobatio non eſt bona: ſed potius cōfirmat:
quia nihil loquitur de diffinitiua: nō tollit ergo vim clauſu
le inquantum appellatur a diffinitiua: ⁊ ſic remanet incorre
cta quo ad diffinitiuā: ſed dicit ꝙ Jo. etiā non perſiſtit ēt in
hoc. Recitat ſcdaꝫ opi. Jo. ꝙ ⁊ olim ⁊ hodie: ⁊ in interlocu
toria: ⁊ diffinitiua clauſula operetur: quia in caſibus ſpecifi
ce expreſſis in iure clauſula nihil operabitur: ſed in caſibus
non expreſſis in iure ꝙ poſſit appellari: licet ſit cauſa legiti
ma: ⁊ ſic ius in genere permitteret appellare modo opera
bitur clauſula hodie: quia poſſet appellari de iure: vt hic: ſꝫ
non poterit appellari quādo ſubeſt clauſula: quo ad omnē
effectum: vt dixi. ṡ. eo. paſtoralis. Glo. iij. ponit ſuam opi.
ꝙ ſubſit clauſula: vel nō: poterit appellari ex legitima cau
ſa: vt hic: ⁊ nō poterit appellari nō ſubſiſtente ltīma cā: ⁊ ſic
clauſula nihil operabitur: quia inquantum videtur ꝙ ſubſi
ſtente legitima cauſa quis non poſſit appellari: quādo ſub
eſt clauſula appellatione remota: probat quia ꝯſtitutio ſub
ſequens debet referri ad aliā: ꝗꝫ in precedenti conſtitutione
prouiſa: quando prouidetur in genere: vt ff. de penis. l. ſan
ctio legum. Cum ergo conſtitutio c. paſtoralis permittat
appellari in caſibus expreſſis a iure: ⁊ hec permittat ſimpli
citer appellari: debet intelligi vt permittat ēt in caſibus non
expreſſis in iure: ne prouideat in caſu prouiſo a decre. paſto
ralis. per que concludit ꝙ ſiue ſit appellatione remota: ſiue
non poterit appellari in caſibus expreſſis a iure: ⁊ non ex
preſſis: dūmodo cauſa legitima ſubſit: ⁊ ſic clauſula nihil
operatur: ſed potius ponitur ad cautelam: quia ſolet plus
timeri ⁊c. xxiij. di. ꝙꝙ. ⁊ ſic remouet papa remotum a iure:
ſicut concedit aliquando conceſſum a iure. de iureiuran. ⁊ ſi
chriſtus. de hoc dixi. ṡ. c. paſtoralis. ⁊. ij. q. vj. ad romanam
in. i. glo. ⁊. §. biduum. in antepe. glo. ⁊ in ſpe. qui nihil addit
in ſpe. de ap. §. ij. ad fi. Ho. tenet ꝙ clauſula etiaꝫ hodie ope
retur: vt dixi. ṡ. Jo. quia per rationem met gl. ꝯſtitutio nō
debet referri ad ſpecifice prouiſa: ſed in alio caſu intelligitur
ff. de penis. l. ſanctio legum. hec ergo cōſtitutio que in ge
nere loquitur: nec exprimit quando cauſa eſt cōmiſſa appel
latione remota: intelligitur in caſibus in quibus non eſt ab
homine remota appellatione. Iteꝫ quia oporteret hanc de



cre. ſubaudiri contra verba: vt inquantum dicit coram ido
neo. l. eccl'ia cui cauſa eſt cōmiſſa appellatione remota: ⁊ ta
les ſubauditiōes non debent fieri ad correctionē iuriū. Iteꝫ
ſcdm hoc ſuperflueret hodie caſus. de reſcrip. c. i. ṡ. eo. ſe
cundo requiris. Et pcipue decre. I. c. inquiſitioni. que fuit poſt
iſtam: inutilis redderetur: ⁊ ſic dicendum eſt clauſulam ali
quid operari: ex eo maxime quia auctor huius decre. labo
rauit ad iura ſaluanda. de reſcrip. ſuper litteris. ṡ. de offi. de
le. ſuper queſtionū. de ſen. excō. inter alia: ⁊. c. per tuas. ob.
que concludit antiquos effectus eē. appellatione remota.
Primo quia tollit facultatem appellandi ex cauſa legiti
ma in cauſis vero non expreſſis in iure. In cauſis auteꝫ ex
preſſis a iure: non operatur: quod declara. ṡ. eo. paſtora
lis. ⁊ tollit quo ad ptes iuris inter quas pncipalr cōmittit:
⁊ quo ad tertium comparentem pro ſuo intereſſe non tollit
vt. ṡ. de offi. dele. ſuper eo in fi. hoc quo ad finem ſuſpenſiuū
iuriſdictionis remouebitur appellatio: vbi ex ltīma cauſa
appellatur non expreſſa in iure: ⁊ ſic tollet neceſſitatem defe
rendi. Simile in ſententiis cenſure: que ⁊ ſi non ſuſpendant
effectum ſententie: deferunt tamen negocium ad ſuperiorē.
vt no. de offi. or. ad reprimendam. vel ſm Ho. habebit de
ferre ad ſuperiorē: nō ex vi appellatōis. C. de offi. pſe. pto.
l. i. de re. in integ. ex litteris. Primū verius: vt. ṡ. de offic.
dele. paſtoralis. §. preterea. ⁊ dixi. ṡ. eo. paſtoralis. Secun
do operabitur: quia ſi delegatus cum clauſula cōmittit non
in totum negocium ad eum appellari debet: ⁊ non ad papā
. ṡ. de offi. dele. ſuper queſtionū. §. i. ſed ſcdm veritatē illud
non operatur clauſula: vt ibi no. ſed Hoſtien. ſequitur opi.
ſuam. de qua ibi. Tertio quia ſi in ſcdis litteris fiat men
tio de primis: ⁊ non de eis non valebunt ſcdē littere. de reſti.
ſpo. ex conqueſtione. ⁊. ṡ. de re iudi. inter monaſteriuꝫ. ⁊ de
reſcrip. cum dilecta. Quarto: quia non obſtante appella
tione a diffinitiua ſententia mandabitur executioni. ṡ. c. no
uit: niſi appellatio iam ſit recepta per ſuperiorem. ṡ. de off.
dele. paſtoralis. §. preterea. Quinto quia non deferendo
non patief penam. de qua. ij. q. vj. decreto. C. de appel. quo
niam iudices. Sexto operabitur id de quo. de reſcrip. c. i.
Septimo operabitur qḋ habetur de mu. peti. c. ij. Octa
uo quia cauſa cōmiſſa cum hac clauſula condelegatus pa
pe non cogitur recipere vices condelegati: ne vulneretur
iuriſdictio: vt. ṡ. de offi. dele. ſuper queſtionū. §. ſi vero. Et
hoc ponit Hoſ. in ſumma. ⁊. ṡ. eo. paſtoralis. alios collige
ex his que habentur in. o. §. preterea. ⁊ quod no. ṡ. eo. paſto
ralis. ⁊ nonus effectus erit: quia in appellatōe a diffinitiua
ſi vult obtinere effectum ſuſpenſiuum: oportebit ꝙ cauſa
exprimatur: licet Hoſ. teneat non operari: quo ad diffiniti
uam: ⁊ idem tenet in ſumma. de appella. §. in quibus ad fi.
Credo tamē ꝙ hec erit ſufficiens cauſa appellatio a diffi
nitiua: quia volo non probatuꝫ probare: quia ius ſpecifice
permittit. C. de tempo. appell. l. per hanc. ⁊ de teſti. frater
nitatis. de fi. inſtr. cum ioānes. Sed vbi cauſa non exprimi
tur: vt dixi. ṡ. non impeditur executio: ⁊ non reuocabitur
attentatum ſine cauſe cognitione: vbi alias retractaretur: ſi
non eſſet clauſula: ſine cauſe cognitione: ex quo attentatuꝫ
poſt diffinitiuam. de appella. non ſolum. li. vj. de iureiurā.
venientes. niſi a tempore cōmiſſionis. vt. d. c. paſtoralis. §.
preterea. ⁊ ſic dicunt quidam in ſpe. de ſen. exe. §. i. v. quod
autem. de his opi. vide ad ſaturitatem in ſpe. de appella. §.
in quibus. ad fi. §. de iure Opi. que habet ꝙ operef eſt vera
⁊ de ſtilo curie ſeruatur opi. glo. vt nihil operetur: vt tenet
Hoſtien. in ſumma. de offi. deleg. §. ꝙ ſit eius officium ad
fi. §. ¶ Oppo. ſcdm hoc hodie miſſio nuncij nihil opera
bitur contra id. ṡ. c. ad hec. ⁊. c. meminimus. ⁊. c. ſuggeſtū.
glo. fatetur illa correcta: ⁊ hoc ne quis ſine cauſa declinet
examen: ⁊ ſicut per appellationem fruſtratoriam: non po
teſt declinari iuriſdictio: ſic nec per miſſionem nuncij: nec
poteſt dici appellaſſe verbo: vel facto: tamen cauſa non
dum foret cepta nec cōminata: ⁊ ſic licitum fuit parti ad

non. dic ſi appellatio interponitur ab eodem grauamine: ⁊ ſtatim non interpoſito interuallo ſit: quia dicat appello appello. ⁊ hec eſt vnica appellatio: licet pluries vociferata: vt in dicto. c. lotbarius. ⁊. ſ. eo. bone. ⁊ quod ibi. no. de iureiu. breuis ⁊ de pig. ac. l. ſi conuenerit: vbi illa verba ſolue. ſolue. ſolue. non habentur pro trina monitione: ſed pro vno: non habent interualla ſi interponãtur pure ex interuallo: ex quo ⁊ ab eodem grauamine Barto. dicit ꝙ valet prima: ⁊ non ſcda: ⁊ ſic tenent doc. ſ. eo. bone: quia hic actus pendet a voluntate appellantis: renunciandi: ⁊ appellandi: vt. J. eo. interpoſita. nec aliud conſideratur intereſſe. ſicut ergo ex ſecundo teſtamento receditur a primo: vt. l. cum in ſcdo. l. de inuſto. te. ita ⁊ per ſcdaꝫ a prima: quia ſi vult valere ſcdam cõcluditur prima. Nec ob. ꝙ renunciando prime approbet grauamen: ⁊ ſententiam: ⁊ ſic ſcda repellitur: quia illud verum vbi ſimpliciter renunciat J. eo. interpoſita. ſecus ſi per aliud remedium reſciſſiuum accumulatur reſciſio. non ob. ꝙ ſtante prima non interſit appellare: ⁊ ſic repellatur. ij. q. vi. non ſolent. de elec. cum inter. R. ꝙ illud veruꝫ illa ſtante: ⁊ ſufficit ꝙ in genere mea interſit: reſpectu cauſe: licet nõ interſit reſpectu modi recedendi: ex quo receſſi: ⁊ ex quo illi renuncio. ⁊ renunciare poſſum. Non ob. de verb. obliga. l. qui bis. ⁊. l. cum procurator: quia ibi reſpectu modi debet intereſſe: vt cum ſtipulo habeant cauſam. ideo non valet ſecunda ſi prima valet. Item ibi in actu pendente a voluntate duorum: ⁊ aduerſarium non permittere ex ſcdo actu grauare: ex noua obligatione: ſtante ſufficientia prime. ideo per ſcdam non receditur a prima. item illis proxima cauſa eſt intereſſe in appellatiõe grauamen: vel iniuſticia: ⁊ remota cauſa eſt intereſſe. Si interponũtur a diuerſo grauamine planum ꝙ valet ſcda. ſ. eo. directe. de excep. dilecte. etiam ſi vnum eſt alteri connexum: vt in cle. ſi ante. de dolo ⁊ contu. vnde ſi appellaui in cauſa reparabili per appellationem a diffinitiua appellando non tollitur appellatio ab interlocutoria. vt dicta cle. i. de dolo ⁊ contumacia. ⁊ valebit etiam ſecunda dato ꝙ ſententia ſit nulla: vt poſt appellationem lata quia etiam a ſententia nulla poteſt appellari. ad hoc de re iudi. cum cauſam. per que apparet quid dicendum: ſi appello ſaluo mihi iure appellandi in ſcriptis: ꝙ poterit appellari: ⁊ valebit: quia non ſolum reſeruat ius agendi: ſed appellandi: vt ſonant verba. vnde apparebit quid agere intendat ex ſcda ſcriptura: quia ſi repetat in ſcda ſcriptura diem prime ſcripture: redactio in ſcriptis ſi habeat diem ſcdm tempus noue ſcripture: oritur noua appellatio: vel ſi non faciat mentionem de prima: vel eius tenore: confulcitus eſt ante factum preſupponere opi. Barto. quia vix ſcda defenditur vt valeat: propter defectum intereſſe: ⁊ ꝙ non recedatur a prima appellatione. tenet archidia. ij. q. vi. biduuꝫ in addi. in verbo prouocaretur in fi. ad fi. in verbo ſuper tex. de hoc per archidia. ij. q. vi. appellatione. vbi tenet vnicam fore appellationẽ. ¶ Gio. colligit notabilia. eſt clara ⁊ inquantum concludit ſufficere notabilia: vel confirmationem. dic ꝙ etiam ſufficit ſtatuto numerum fore determinatũ: vt non valeat impetrare: vt no. in dicto. c. conſtitutus. glo. eſt clara ⁊ ſuppletione non eget. vide per te. ibi. ſine iuramento. Dic in modo videtur idem in numero ſtatuto: licet iuratus non ſit: nec confirmatus: vt in dicta decre. conſtitutus. in fi.

n **Icolao.** Appellans qui appellationi ſue terminũ prefixit: ſi mittat procuratorem ſolum ad impetrandum ⁊ contradicendum aduerſario legitime proſequenti: condemnabitur in expenſis. h. d. Prima pars ponit dationem auditoris: ⁊ petitionem appellati. Secunda dat iudices. ibi. mandamus. ¶ No. ꝙ monachus poteſt procurare cauſam monaſterij. de quo hic per Goff. dic vt. ſ. de re iudi. cum. J. ⁊. A. ⁊. ſ. de poſtu. c. ij. ¶ No. ar. ꝙ per ſolam ſtatutionem terminuꝫ ab appellante cauſa dicitur eſſe in curia. Et no. effectum ꝙ cauſa ſit in curia: quia non ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum: ⁊ contradicendum: imo oportet ꝙ mittatur plene inſtructus: alias nõ euitat contumaciam: ⁊ propter eam condemnationem expenſarum. Et no. ar. ꝙ vbi cauſa eſt in curia: in non competenter inſtructum non procedit ad proceſſum alium ꝙ punitiuum contumacie. ¶ No. ꝙ non proſequente appellatore non habet locum condemnatio expenſaruꝫ. ¶ Quero an procurator ad impetrandum: ⁊ contradicendum datus: ſi reuocatur in dubium: an cauſa ſit in curia: poſſit hunc articulum defendere. Gu. vbi dicit ꝙ ſit: ⁊ dicit hoc obtentum in ſpecu. de procu. §. vt autem. v̓ſi. ſed pone ecce. ¶ Quero an procurator ad impetranduꝫ dicatur ad iudicia: an extra iudicium. Joan. an. dicit ꝙ dicitur extra iudicialiter datus: alle. de reſcrip. ex parte decani. an ſufficiat ꝙ mittat procuratorem inſtructum ad expediendum articuluꝫ appellationis. dic ꝙ ſic. de quo. ſ. eo. ſepe. ⁊ ſi iniſerit: ⁊ ille proſequi noluerit: imputatur mittenti. ff. man. l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. vnde excõmunicari poſſet: ſi ſciens contumaciaꝫ non purgauit: vt lite non conte. c. i. ſm Goff. ad hoc quod no. in ſpecu. eo. titu. §. breuiter. v̓. item quid ſi pars. ¶ Oppo. ꝙ non ſufficiat mittere procuratorem ad impetrandum: ⁊ cõtradicendum: vt. J. eo. interpoſita. §. i. So. ſi appellans ſtatuit terminum: non ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum: ⁊ contradicendum. item ſi ſit delatuꝫ a iudice: vel ab appellato. Sed ſi non ſtatuit terminuꝫ: nec delatum eſt a iudice: vel appellato: tunc ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum: ⁊ contradicendum. idem ad hoc. Alii contra ꝙ non ſufficit ſtatutio ſola terminuꝫ ad deferenduꝫ cauſam in curia: ſed exigitur delatio iudicis: vel appellati: ⁊ tunc operatur effectum peremptorij: ſiue appelletur a diffinitiua: ſiue ab interlocutoria: ⁊ hoc tenet ſpecu. eo. ti. §. qualiter. v̓. porro. vbi dicit Joan. and. ꝙ Guil. ponit aliquid de ſuo: ꝙ raro inuenitur: ⁊ hoc verum ſaluis beneficialibus. de elec. c. i. li. vi. ¶ Quare autem non proceditur in principali: ſed ſit condemnatio expenſarũ. no. in dicto. c. veniens. quia non poterat liquere de cauſa: vel quia non volebat procedere appellatus propter abſentiã appellantis. tamen non poſſet habere confeſſiones: ⁊ alia remedia: que habuiſſet in preſentem: ⁊ idem dicit de ſtatutione termini a iudice: vt non habeat vim dilationis: vt ꝙ cauſa ſit in curia: fatetur ꝙ habeat effectum: vt non valeat impetratio: non facta mentione de termino: ſiue cauſa ſit in curia: ſiue non per delationem vel non delationem. vnum tamen aduerte ꝙ licet natura ſui vel delatione cauſa nõ ſit in curia: poteſt tamen appellans obtinere: vt ibi diſcutiatur: ſi pars aſſerat cum iuramento ꝙ non ſperat in partibus habere iuſticie implementum. alle. de ſen. excom. ſi vero. ⁊ de reſcrip. ſtatutum. li. vi. in verbo vel ſaltim. eo. titu. vt circa. lib. vj. domini de rota ſua concluſio. xxxviij.

t **Ua nobis.** Ab eadem ſententia ter appellare nõ licet h. d. Primo ponit querelam appellati. Secundo ſententiaꝫ auditoris. ibi. cumqꝫ. Tertio inhibitionem factam iudicibus tertie appellationis. ibi. nos. ¶ No. tutores poſſe agere in iudicio nomine pupilloruꝫ. ¶ Nota ſecũdo ꝙ a iudice temporalis iuriſdictõis eccleſie appellatur ad papam. ¶ Nota tertio ꝙ dictio iterum notat ſcdam iterationem. ¶ No. ꝙ ſimplici commiſſione tertie appellationis iudex ad quem non videtur admiſiſſe appellationeꝫ: ⁊ ſic patet ꝙ tertia appellatio ab eodem grauamine non valet: nec quo ad neceſſitatẽ deferendi: nec quo ad finem deuoluendi ad iudicem ad quem. ¶ No. ar. ꝙ ſententia ſuper deſertione appellationis vel ꝙ non potuerit tertio appellari eſt interlocutoria. ¶ Opp. ꝙ agere debuerint pupilli cum quibus competebat ius agendi. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. videamus. Solu. dic ꝙ ſine auctoritate tutorum agere non poſſunt pupilli in iudicio. C. de aucto. preſtã. l. clarũ. nec ꝫhere niſi i ſui pͥudiciũ. iſti. de auct. tu. i. R.

non habent interualla: ſi interponantur pure ex interuallo: poterit aliorum auctoritate agere in iudicio: ſed ſi ſolus ſit: petat illi dare tutorem ad litem. C. de in litem dan. tu. l. i. de auc. preſtan. §. fin. ſm Hoſtien. ¶ Oppo. papam debuiſſe cauſam delegare clericis: ⁊ in dignitate conſtitutis. de reſcrip. ſtatutum. §. i. li. vi. So. dic ꝙ hoc potuit laicis committi per papam: qui eſt ſupra ius: ⁊ quia cauſa que agitur inter laicos poteſt a laicis tractari: ⁊ cauſa tēporalis. vt no. de arbi. contingit. ⁊ c. per tuas. alias ſi eſſet eccleſiaſtica debuiſſet cōmitti eccleſiaſticis perſonis. de offi. dele. cum te. ſm Hoſtien. ad id quod dicitur ꝙ deberet eſſe in dignitate: illud procedit quando delegatio fit inter clericos: ſed ſi inter laicos: ratione temporalis iuriſdictionis: magis eſt dubium: per hanc litteraꝫ videtur ꝙ ſic: ⁊ maxime quando cauſa foret criminalis: ⁊ ad penaꝫ ſanguinis: que non poteſt cōmitti clericis. ne cle. vel mo. c. ſi. li. vi. de rap. in archiepiſcopatu. Incōtra. eſt dicta decre. ſtatutum. que generaliter loquitur. non ob. hec decre. quia eius tempore non erant determinate qualitates de quibus ibi. Joan. an. dicit tenendū ꝙ ſeruat curia. ſatis equum puto de iure illam reſtringi: vt hanc non corrigat. ¶ Oppo. ꝙ eo ꝙ ſuperior cōmiſit cauſam videatur appellationem cōmiſiſſe. vt in c. paſtoralis. §. preterea. ẜ. de offi. deleg. So. intellige ꝙ ſubrepticie papa cōmiſit cauſam: quia non fuit ſibi narratum iam ter appellatum. ideo non valuit cōmiſſio. ⁊ ſic non videtur ꝙ appellatio fuerit admiſſa. de reſcrip. ſuper litteris. ¶ No. primū gl. de dictōe iterū. ¶ Opp. ꝙ admittitꝰ plures appellatio. ii. q. vi. quotiēs: vbi dꝛ quotiēs pulſatꝰ totiēs appellat. ii. q. vi. pulſatus. Solu. dic ſi ab eodē grauamine ſolū bis: ⁊ nō ter: pt appellare: ⁊ illud quotiēs itelligiꝛ. i. ter: ⁊ ſic generalis locutio reſtringitur: vel quotiens. i. quandocunqꝫ: ⁊ quotcunqꝫ vicibus: dūmodo grauamina ſint diuerſa: ⁊ non confirmatio ſcdi. ¶ Opp. xxxi. q. ii. lotharius. vbi dicitur ꝙ teberga ter appellauit: quia exponitur. i. ter in appellationem prorupit. vnica tamen fuit appellatio: recuſatio ergo inter appellationes non computantur ſeu reputantur: quia arguit diuerſum grauamen. ii. q. vi. in quacunqꝫ. ⁊ pōt quis ter recuſari. vt ibi dixi. ẜ. c. cum ſpeciali. caſum autem in quo non poteſt ſcdo appellari. vide. vi. q. iiii. ſi inter. vide de materia in ſpecu. de appella. §. quotiens. in princi. caſus in quibus non poteſt niſi ſemel appellari. vide. ii. q. vi. §. illud. vbi autem non admittitur appellatio propter perſonas iudicū habes. ii. q. vi. anteriorum. inquantum dixi tertio non poſſe prouocari: eſt verum: ſiue continue ſuccubuerim in prima ſcda ⁊ tertia ſententia. ⁊ ſcda appellatiōe: ſiue in prima obtinui. in ſcda ſuccubui. in tertia obtinui. ⁊ in quarta ſuccubui: quia tunc non potero plus appellare: licet aliqui contra. de quo in dicto. c. quotiens. dat tamen cautelam ſpe. ibi. vltra ter appellandi: vt veniat per viam nullitatis aduerſus vltimam: ⁊ ſi ſuccumbat adhuc dicat ſcdam nullam: ⁊ ſi nō admittatur: appellet: ⁊ ſic centies poterit appellari: quia tunc grauamina ſunt diuerſa: ſcdm hoc ſi vterqꝫ habet duas confirmatorias in appellatiōis cauſa: ꝙꝙ interpellatas: neuter poterit appellare quis ergo obtinebit: dic ꝙ ille qui prius venit ad tres ſententias: quia fit executio: non obſtante appellatione ab vltima: vt in cle. ii. de re iudi. ſm Joan. an. ibi in addi. ¶ Vltimo quia tex. dicit hanc ſententiam habere vim interlocutorie: quando pronunciatur deſerta appellatio: ⁊ eſſe interlocutoriam. domini de rota ſua concluſione. lxxxiii. tenent contrarium ꝙ eſt interlocutoria. habens vim diffinitiue: quo ad hoc vt non habeat locum cle. appellanti. de appella. alle. de cler. cum dilectus. ⁊ dicit illam interlocutoriam: quo ad hoc vt non tranſeat in rem iudi. quo ad iudicem. alle. de cler. cupientes. in verbo priuatos. lib. vi. per Jo. mo. Iſtud dictum puto verum: quando ſuper deſertione plene eſſet cognitum: ſecus ſi ſummarie: quia incidenter queſtio fuiſſet mota: quo ad executionem petitam ſententie ⁊ fuiſſet oppoſitum de deſertione appellationis: ſecus ſi eēt cognitum non plene: quia tunc illam reputo mere interlocutoriam. ¶ No. tamen ꝙ iſti ſentiunt ſententie interlocutorie etiam que habent vim in diffinitiue: non tranſeant in rem iudi. quo ad iudicem: ſed dic vt dixi. ẜ. c. cum ceſſante: quia iſte regulantur cum diffinitiuis. ideo quicquid dicant: ſi plene eſſet cognitum de deſertione appellatōis: non poſſet illa reuocari: maxime per iudicem appellationis: niſi eſſet appellatum. Anto. de but.

D Ilecti. De ſubdito vel delegato epiſcopi ad archiepiſcum non appellatur. h. d. Primo ponit querelam appellātis. Cui ſcdo dat iudicem. ¶ No. ꝙ de ſententia ſubdīt quandoqꝫ appellatur ad archiepiſcopū obmiſſo epiſcopo. ¶ No. ſecundo ꝙ ſententie cenſure late poſt appellationem ſunt nulle. ¶ No. ꝙ prius debet proponi exceptio: ⁊ expectari an admittatur: ⁊ in caſu quo non admittatur debet appellari. ẜ. c. delicto. ¶ Quero primo de practica libelli in cauſa appellationis. dic ꝙ quidam derogant libellos ad attentata tantum: ⁊ hi diuerſimode reperiuntur: quia quandoqꝫ petitur ſententias pronunciari nullas. quandoqꝫ petitur proceſſum nullum pronunciari. ẜ. eo. dilecto. in fi. quandoqꝫ ſententiam excōmunicationis tantuꝫ. ẜ. eo. dilecti. de offi. deleg. cum olim. quandoqꝫ quicquid fit poſt appellationem. ẜ. eo. cum cauſam. Quandoqꝫ petiꝛ in ſtatum priſtinum reduci. ẜ. eo. directe. Quandoqꝫ in ſuum ſtatum. ẜ. de elec. conſiderauimus. ⁊ ſic ſimiliter ſentētiatur diuerſimode: vt ex iuribus predictis patet. petitio autem abſqꝫ dubio poteſt ad attentata ſola dirigi: dato ꝙ ſuper principali nihil petatur. ſm Innocen. ⁊ in omnibus predictis decre. nec ob. ꝙ non poteſt quis obtinere reſtitutionem fructuum: in interdicto vnde vi: ſine principali: nec etiā intereſſe: quia non ſic in iſtis acceſſoriis: ⁊ quia illa acceſſoria veniūt officio iudicis mercenario: hoc nobili: ꝙ poteſt intentari abſqꝫ principali: poteſt ⁊ ſcdo dirigi ad principalem tantum: vt peto pronunciari appellationem meam iuſtam: ⁊ hoc petito etiam ſuper attentatis poterit iudex pronunciare: poteſt ⁊ ſimul vtrūqꝫ iungi: ⁊ hic libellus eſt perfectior ſm Hoſtien. qui petat appellationem pronunciari iuſtam: ⁊ quicquid poſt ⁊ contra appellationem in meum preiudicium eſt attentatum: peto in irritum retractari: ⁊ ſic rite canonice omnia includantur. de quo remittit. ẜ. c. conſuluit. ii. ſm Hoſtien. ¶ Quero ſi reſpectu vnius articuli attentati obtinet appellans in appellatione: an ex hoc conſequetur retractationem aliorum: ſuper quibus nihil eſt petitum. dicit Innocen. ꝙ ſi petitio eſt data principaliter ſuper appellatione: vt decernatur iuſta: obtinebit ſuper omnibus attentatum poſtea: ⁊ obtinebit etiam retractationeꝫ ſententie ante late: a qua eſt appellatuꝫ: ⁊ que eſt in appellatione ſuſpenſa. C. eo. titu. l. eos qui. i. R. ii. q. vi. §. ſi. ⁊ l. eo. non ſolum. li. vi. Sed ſi eſt datus libellus ſuper aliquo tantum ex attentatis. Quidam dicunt ꝙ ſi pretextu vnius articuli pronuncietur: quo ad vnum articulum tantum: qui reuocetur intelligantur omnes reuocari: vel reuocari debere: ⁊ appellatio intelligitur pronunciari iuſta: quia omnes articuli eodem iure tenentur: ⁊ ab eadem ratione regulantur: ⁊ ab eodem fundamento regulantur in appellatione: que ad omnes extendiꝛ. de ꝯſti. tranſlato. I. tit. i. c. i. alias ſequereꝛ abſurdum ꝙ ſententia ⁊ appellatio pro parte tenebit. ⁊ pro parte non: ſi ſuper articulis caſſatur non valebit: ⁊ quo ad alios tranſibit in rem iudi. contra id ff. cōmuni diui. l. in hoc iudicio. itē ſequetur alia abſurditas ꝙ ſi contra appellantem ſit lata ſententia diffinitiua: ⁊ excōmunicationis: ⁊ appellans petat tantum reuocari ſententiam excōmunicationis: quia poſt ſententiam lata eſt. de diffinitiua nullam faciens mentionem: ⁊ ſententia excōmunicationis tantum: vt eſt petitum reuocatur: ſcdm hoc diffinitiua lata ſuper principali firma manebit: qđ vꝛ valde diſſonū: imo maior ēt ſeqꝛ abſurditas. ſ. ꝙ eadē ſnia iterū reminiſceꝛ ꝓ eo qđ appellans appellationē

non fuerit:quo ad diffinitiuam proſecutus:fingitur non ap
pellaſſe.ar.eo.cum ſit.⁊.c.perſonas:⁊ retro videbitur fuiſſe
excommunicatus.ff.de his qui no.infa.l.furti.§.R.⁊.§.i.⁊
hoc ſcḋm quoſdam. Innocen.placet vt ſit reuocatus ſolus
articulus ſuper quo eſt porrecta petitio;⁊ non articulus di-
uerſus:⁊ ſic nec ſententia diffinitiua:ſed petitio ſolum eſt
directa ad interlocutoriam excõmunicationem:quia ſen-
tentia operatur reſpectu articuli ſuper quo eſt lata:etiã non
diuerſi:quãuis trahens originem ab eadem cauſa:vt.l.ean
dem ⁊.l.cum querif.de exceptio.rei iudi.⁊ retro ſtabit ſnia
diffinitiua:ſʒ excõicatõis nõ:ꝗ̃uis appellãs ẽ ꝓſecut⁹:⁊ rata
manebit diffinitiua quo ad ꝓncipalẽ:⁊ articulos:quos nõ eſt
proſecutus. Non ob.ſi dicas ergo valebit appellatio pro
parte:⁊ pro parte non:quia non ſe iuuabit hic ex appellatio
ne:quo ad articulum in quo obtinuit:ſed ex ſententia reuo
cationis:que etiam ſi eſſet iniuſta tranſiuit in rem iudi.ſi nõ
eſt appellatum.ar.titu.i.cum nos.⁊.c.quod tranſlationem.
.§.i.ſm Innocen.quinimo ⁊ abſurdum non eſt ꝙ in diuer
ſis articulis:⁊ ſententia pro parte teneat:⁊ pro parte non:⁊
pro parte remaneat firma:⁊ pro parte non:vel pro parte re
ſcindatur:de teſta.raynaldus.⁊.c.raynutius.ar.de fide in-
ſtrumen.cum ioannes heremita. Non ob.ꝙ talis retro cen
ſeatur excommunicatus deſerta appellatione in principali:
quia hoc eſt falſum ſm Innocen.quia illud intendit eo re-
ſpectu quo non eſt proſecutus:ſed ⁊ reſpectu quo eſt proſe
cutus:⁊ reuocatio obtenta:reuocatum non firmatur ex non
proſecutiõe reſpectu ſeparati articuli.ideo ne cadas in has
ambiguitates ſm Hoſtien.cautius eſt libellum formari.vt
.ar.eſt dictum:puto tamen ꝙ licet obtineat in principali ⁊ re
ſpectu illius articuli:ſententia non proficiet:quo ad alios ar
ticulos ſeparatos:niſi aliud dicatur ratione acceſſorii:ꝙ ve
rius puto:vt.l.egi.§.ſi.ff.de excepti.rei iudi.⁊.l.ſi quis cũto
tum.§.ſi quis fundum.⁊.l.ſi ancillã.ff.de pac.l.ſi vnus.§.an
tepe.¶ Quero an remediũ appellationis in iudicio poſſit
deduci:⁊ ſequi incidenter:per viam exceptionis:vel repli
cationis.Innocen.dicit ꝙ ſic:vt ſi opponat ſententiam exe
cutioni non mandandam vel electum non confirmandum:
quia eſt appellatũ.de elec.cũ iter canonicos.⁊.c.cũ iter.R.
de exceptio.dilecti.⁊.c.ſignificauerunt.poteſt cum appel-
latione excipere ſolum infra illud tempus infra quod po-
teſt proſequi principaliter appellationem ar.ff.de neg.geſt.
.l.iij.§.pupillus.ff.ex qui.cã.ma.l.nec nõ.ff.de inoffi.teſta.
.l.ↄtra veterani.§.ſi filius.⁊ quod no.de reſcrip.ſinautem.
⁊ no.de ordi.cogni.c.ſi.non ob.de ſenten.excom.licet.li.vi.
quia ibi principaliter proſequitur nullitatem:quam proſe
qui poteſt:deſerta appellatione:hic quando principaliter
proſequitur appellationem:licet exceptionis via. Ad glo.
videtur ꝙ nõ poſſit appellari obmiſſo medio:vt hic. Fal
lit in papa.vt.ij.q.vj.ad romanaʒ. Fallit ſecundo vbi hoc
habet conſuetudo.⁊ ſic poteſt intelligi.c.referente.⁊ de ap
pellatio.romana.li.vi. Si tamen appelletur:⁊ fiet proſecu
tio proceſſus non eſt nullus:imo valet ſm glo.per preallc.
.c.referente:qui ſic ſcḋo põt intelligi.⁊ ſcḋm hac decre.du
pliciter poteſt intelligi. Unomodo ꝙ appelletur hic ab ar-
chidiacono:vel alio inferiori prelato:vel officiali inferio-
ris prelati.⁊ ſcḋm hoc appellandum eſt ad epiſcopum:⁊
huic obſtat.c.referente.⁊ reſponſum eſt. Scḋo mõ ꝙ hic
appellatur a delegato epiſcopi:qui nõ eſt de curia:nec offi
cialis:⁊ tunc debuit appellari delegans.⁊ ſic epiſcopus:nõ
archiepiſcopus.⁊ huic obuiat.l.i.ff.quis ⁊ a quo appel.vbi
appellatur obmiſſo medio. Sed dic ꝙ ibi loquitur in de-
legato ſubdelegante in totum:qui non facit medium:hic in
ordinario delegante:qui facit medium. Ad primum.ar.de
offi.dele.ſuper queſtionum.§.porro.de officiali autem epi
ſcopi ad archiepiſcopum appellatur.⁊ non ad epiſcopuʒ
ne a ſeipſo appelletur. Nec hoc poteſt conſuetudo inquan
tum glo.dicit appellationeʒ obmiſſo medio deuoluere:vt
valeat proceſſus:hoc tenet Joan.and.⁊ Hoſtien.⁊ Innoc.

in dicto.c.referente:licet archidia.de offic.deleg.ſi delega-
tus.li.vj.recitat Innocen.ſenſiſſe contrarium.in dicto.c.re
ferente.ſed non dicit contrarium.ſm Joan.and.inquantuʒ
gl.ſentit a delegato epĩ non appellari:ad archiepʒ:qñ nõ
ſit delegatus in curia.dic ꝙ idẽ ẽt ſi ſiat i curia vt vicario:ꝗ
ex quo cognoſcit vt delegatus:nõ eſt idem tribunal cum tri
bunali epiſcopi. Non ob.ſi dicatur ꝙ ſemper delegabit vi
cario:ne poſſit ad archiepiſcopũ appellari.dic ꝙ ſi de frau
de ꝯſtat poterit ab archiepiſcopo excõmunicari:ſed fraus
de difficili probabitur:vt dicit ſpecu.in ti.de appella.§.nũc
tractemus.v̇.ſed ſcḋm premiſſa Joan.an.remittit.de offic.
deleg.ſuper queſtionum.§.intentionis ſuper glo.ij.vbi di-
cit Hoſtien.cõſuetudines:que impediunt appellatões gra
datim:vt corruptele non valent quod eſt ꝯ̃ tex.de appella-
tio.romana.li.vj.⁊ d of.or.romana.⁊.c.vt litigãtes.iquãtũ
gl.dicit ꝯſuetudine induci poſſe:vt de officiali appellef ad
archiepiſcopum.dic hodie.vt de conſue.c.ij.li.vj.quia hec
eſt correctum ibi.regula ergo eſt ꝙ appellationes debent
fieri gradatim:ſtante medio:non appellatur obmiſſo me-
dio. Hoc primo fallit in papa:vt dixit gl.in iperatore ſe
cus.ff.de appel.l.imperatores.⁊ dicit Ho.hoc verum qḋ
dicitur de papa:a quocunqʒ ordinario appellatur:vel eius
delegato:excepto caſu decre.ſuper queſtionum.§.porro.⁊
licet ſic ſeruet curia ſm Hoſtien.tamen dicit ꝙ ſaluus pote-
ſtatis plenitudine:qua conſiderata nullum caſum excipit:
non putat iuri congruere:ꝙ appellationem factam a ſingu
lari delegato ordinarij papa recipiat:ſed remittat vt ipſius
ordinarij debitus honor ſeruetur.ar.eo.vt debitus.⁊ quia
natura iuris conſiderata ſemper debet appellari a delega-
to ad delegantem.C.qui pro ſua iuriſ.l.vnica.an autẽ ad le
gatum appelletur:obmiſſo medio:tractat archidia.xj.q.i.
peruenit.aliquid.xviij.q.ij.cognouimus:habetur.de offic.
deleg.c.i.dic vt ibi.per archi.⁊ Jo.mo.eo.titu.romana.li.
vj.in verbo.obmiſſ.gl.de conſuetu.c.ij.in verbo officiali.
Joan.and.de offi.le.ꝙ tranſlationem.vbi glo.in ſpecu.de
appellatio.§.nunc tractemus.v̇.⁊ nunquaʒ.de hac appella
tione.appello ad archiepiſcopum:legatum:⁊ papam.vide
.ij.q.vi.§.illud.⁊ in ſpecu.de appella.§.nunc tractemus.v̇ſi.
ſed pone aliquis.de alternatiue appello ad iſtum vel ad
iſtum glo.de offi.deleg.is cui.lib.vj.de appellatione ad pa
pam vel legatum:reſeruata optione quam velit proſequen
di:⁊ quid de interpoſita ad archiepiſcopum:vel ad papã:in
ſpecu.de appella.§.nunc tractemus.v̇ſi.quid ſi dicat.vide
.ij.q.vj.poſt datã.certos caſus:in quibus appellaf obmiſſo
medio ponit archidia.Jo.mo.Ab.de offic.dele.romana.
li.vj. Primus quando conſuetudo habet obmitti poſſe:vt
dicto.c.romana.alius quando archiepiſcopus corã ſuffra
ganeo conuenit ſubditum ſuum:ſed tunc non eſt iudex:⁊
ſic non facit medium:tunc non appellatur ad archiepiſco
pum ne ſit iudex in cauſa propria.C.ne quis in cauſa ſua.l.
.i.ad hoc de inſti.c.ſi.cum ſimi. Tertius quando epiſcopus
agit contra ſuum ſubditum coraʒ arbitrio.xi.q.i.ſi clericus
quia tunc non appellabitur ad epiſcopum:ſed ad papam.
de offic.deleg.ab arbitris.libro ſexto.vt ibi no.in glo.vlti.
item cum concurrunt iuriſdictio mediata:⁊ imediata:vt in
prelatis ſubiectis archiepiſcopo qui nihilominus ſubſunt
epiſcopo:ſic eſt de papa:⁊ legato eius.item cum proximus
non eſt catholicus:illo medio obmiſſo:quia non poteſt co
gnoſcere:aditur ſuperior.de preſcriptio.veniens.de elec.
quia diligentia.de offi.ordi.ꝙ ad ſedem. Et alius caſus:
in iudice recuſato.de quo de offi.dele.ſi is cui.li.vj.⁊ quod
no.de fo.compe.ſi quis contra.

e **Ex parte. M.** Si is qui deſiſt eſſe
tutor nomie pupil-
li conuenitur inuitus poterit appellare. In pri-
ma appellantis querelam. In ſcḋa dat iudices.
ibi.mãdamus. ¶ No.libellũ fundandũ ↄ̃ tutorẽ noĩe pu
pilli.vide.ff.de admi.tu.l.i.⁊ qḋ ibi no. Nũqd ãt reſcriptũ

impetretur contra tutorem: an contra pupillum. vide Ho
ſtien. in ſum. de reſcrip. §. quem in prin. ¶ No. quod pu/
pillus tranſit in poteſtatem tutoris. de quo in. l. i. ff. de tute.
¶ No. ꝙ tutela in matre finitur per tranſitũ ad ſecunda
vota. ¶ No. ꝙ iudices ad vlteriora procedendo: exceptio
ne neglecta: videntur tacite ſuper exceptione pronunciare:
ipſam repellendo. ¶ No. ꝙ hec exceptio: non poſſum cō
ueniri nomine pupilli: quia finita eſt tutela: eſt dilatoria: ⁊
viciat reſcriptum. ¶ No. hic caſum apertum ꝙ iuſtificata
appellatione: recludente iuriſdictionẽ: non ſilet iudex ad
quem: ſed in negocio procedit: ſed poteſt dici ꝙ exceptio
fuit propoſita ad merita. ¶ Oppo. ꝙ non debeat iudex
ad quē cognoſcere exceptione hinc inde propoſita. Si enim
eſt appellatum: ⁊ iuſtificata eſt appellatio. finis appellantis
eſt vt non procedatur ex quo opponitur ad impediendam
iuriſdictionem. habebit ergo ſi procedetur contrarium in
tentum. ad hoc de preben. dilectus. ⁊ de excep. olim. ſed nō
committit hic aliquid diſcutiendũ cũ matre: ſed cũ filiis:
quos non remittit ad iudicem a quo: quia preſumitur quod
grauabit filios: ſicut ⁊ grauauit matrem: ſm Hoſtien.
prouidetur etiam in hoc actori: ne iuſticia delegetur in cau
ſa ſemel delegata: licet cauſa pupillorum non omnino fue
rit in iudicium deducta: nec voluit papa per ſe cognoſcere:
quia forte nimis grauarentur pupilli: ⁊ proponentur hinc
⁊ inde iſta per curatorem ad litem datum pupillo: ⁊ dabit
curatorem iudex ſuus admonitus per delegatum: ⁊ ipſo
negligente dabit delegatus. ar. de offic. delega. pruden/
tiam. §. penul. ⁊ vlti. vide de iudi. c. vlti. li. vi. ſm Joan. an.
Quid eſt tutela. dic ꝙ eſt vis atq; poteſtas in capite liberos
conſtituta ad tuendum eum: qui propter etatem ſe defende
re nequit: iure ciuili data atq; permiſſa. ff. de tute. l. i. in fi. ⁊
in prin. inſti. e. ¶ Quero an habeat mater tranſiens ad ſcda
vota petere tutorem liberis. dic ꝙ ſic: ⁊ ſi non petat infra an
num excludatur a ſucceſſione filii pupilli: ſi ſine tutore moria
tur: ſecus ſi morireᷣ pubes. item in quolibet qui debet ei ab
inteſtato ſuccedere. ff. ad ter. l. ij. §. conſeſtim. C. qui pe. tu. l.
cum a matribus. C. de legit. heredi. l. ſciant. ⁊ C. ad tertu. l.
matres: parcitur matri ſi ſint minore anno. c. ſi aduer. de·
lic. l. ij. in quibuſdam etiam aliis caſibus excuſatur minor:
quos ponit Hoſtien. in ſum. de delic. pue. ſub. §. iſtud nota
dignum. ſm Hoſtiē. ¶ Quero an finita tutela indiſtincte
tutor debeat deſinere ab adminiſtratione. dic quo ad prin·
cipianda non artatur illa principiare. incohata tamen finire
tenetur: dūmodo geſtio in curatorem tranſlata non ſit. C. vt
cauſe poſt pu. ad tu. l. vna. vnde ſi in negocio pupilli appel/
lauit: appellationem ante rationem redditam proſequi te/
netur: vt. ff. de appella. l. tutor. ſm Phi. inducit Joan. and.
decre. contra cautelam pylei: qui dixit ⁊ conſuluit nō pronū
ciari ſuper exceptionibus: ſed ſolum procedat ne appelle/
tur: quia etiam ſi procedat grauare dicitur: ⁊ appellari po·
teſt. de quo in ſpecu. de excep. §. ij. v. ⁊ no. ſm Uber. ⁊ ſuffi/
cit ꝙ no. ſ. eo. dilecto. ad hoc de re iudi. ſuborta ad finem.
¶ Oppo. cum glo. ꝙ filius non ſit in poteſtate matris: vt
inſti. de patri. poteſ. §. ius autem. So. quantum ad ius pa·
trie poteſtatis procedit quod eſt dictum: ſed bene quo ad
accidens poteſtatis tutelaris: vt hic. ¶ Oppo. ꝙ femina nō
ſit nec eſſe poſſit tutrix: quia illud virile eſt officium. C. quan
do mu. tu. off. fun. poſ. l. i. dic regulariter femina nō poteſt
eſſe tutrix: olim non poterat etiam mater: niſi a principe im
petraſſet. ff. de tute. l. fin. de iure codi: nullo ſubſiſtente le/
gittimo: vel teſtamentario iure admittebatur. idem ſi ſubſit
legittimus vel teſtamentarius: ⁊ ſit excuſatus: ⁊ tunc debet
iurare: ꝙ non tranſibit ad ſcdas nuptias: ⁊ renunciabit vell.
ſub hipotheca rerum ſuarũ. C. quando mu. tu. off. fun. poſ.
. l. ij. hodie. ⁊ auct. matri ⁊ auie: ⁊ vnde ſumitur: poteſt eſſe
tutrix: omnibus tutoribus legittimis: ⁊ datiuis excluſis: ſed
non teſtamentariis: renunciando ſimplici verbo ſecũdis nu
ptiis: ⁊ non per iuramentum: ⁊ velleiano: ⁊ omni alio auxilio:
vt ſi obligatur pro pupillo: nō ſuuetur: vt dicta auct. matri.
⁊ auie. C. quando mu. tu. off. fun. poſ. Sed eſt dubium quid
ſi ſimul ſit data in teſtamento: cum aliis tutoribus: an ipſa ex
cludat eos: an excludatur ab eis: an ſecus admittatur: vide
tur excludi: quia non poteſt dari tutrix in teſtamento. ff. de
te. tu. l. iure noſtro: licet poſſit dari conſiliatrix. l. cum qui·
dā decedens. §. pe. ff. de admi. tu. Non ob. ꝙ hodie admitti
tur ad tutelam: quia verum in ſubſidium: deficiente teſtamē
tario. idem quia non poteſt eſſe tutrix niſi teneat: ⁊ renunciet
vt dicit glo. eget ergo confirmatione: ⁊ ſic non poteſt eſſe te
ſtamentaria: nam ſi poſſet ſufficeret primum teſtamentum.
. C. de epi. au. l. de creationibus. inſti. de ſatiſ. tu. §. i. ergo re·
pellenda. C. quando mu. tu. off. fun. poſ. l. i. Non ob. ſi dica
tur admittitur ſine teſtamento: quia non ſequitur: quia tutor
ſepe defertur. allega. ff. de cur. fur. l. ſepe. ⁊ datur a iudice: ⁊
tamen non poteſt dari in teſtamento: licet datus confirme
tur. inſti. de cur. §. i. in contra. quia admittitur ad tutelam ſi
hoc ſine teſtamento. fortius in teſtamento: ⁊ quia tutor in te
ſtamento datus: vt. l. de creatōibus. C. de epi. au. item ſi ſola
data eſt in teſtamento: poterit eſſe tutrix: quia nihilominus
eſt per legem: ar. ff. de acquir. poſſ. l. i. §. vir vxori. C. de his
qui ſibi a ſcri. in te. l. i. item ex quo per legem admittitur ſa
tis ſequitur: ad admittenda ſit ex teſtamentaria voluntate:
quia lex eſt ipſa voluntas. in auct. de nup. §. diſponat. coll.
. iiij. non ob. l. iure noſtro. preal leg. quia loquitur ſcdm anti
qua tempora: ſcdm que non admittebatur: niſi impetraret
a principe. ad hoc quia dicunt ipſi ꝙ ideo non admittitur:
quia leges non admittunt: ſequitur ergo ꝙ cum hodie eas
leges admittant: ꝙ eſſe poterit in teſtamento: ſeruata ſolem
nitate: cum quas leges admittunt. Nec ob. ꝙ indiget confir
matione: quia imo non eget. dicit Hoſtien. ꝙ quidam ſapiē
tes tenuerunt primam partem: vt excluderetur: quia vel nō
eſt tutrix teſtamentaria: ſeruata ſolemnitate: ⁊ habemus ꝓ
poſitum: quia excluditur a teſtamentario: ſi admittitur vt
teſtamentaria cũ ſolemnitate: anteq̃ȝ tacuerit non eſt tutrix:
excluditur ergo: reſpondet ꝙ tenentes oppoſitum: quia nec
vt teſtamentaria: nec vt legittima: anteq̃ȝ tacuerit: ſi eſt in
pendenti: ſi renunciauerit: vel ſolemnitatem ſeruauerit: ſicut
⁊ alia multa in pendenti ſunt. ff. de vſufru. l. ſed ⁊ ſi quis. §.
equiſſimum. de frigi. fraternitatis: cum concor. reſidere er
go videtur ꝙ mater cum aliis admittatur: ⁊ hec opi. eſt ve
ra: quia teſtamentaria eſt: vt dicit Bart. in. l. ſi ſub conditio
ne. ff. de teſta. tu. ⁊ etiam non eget confirmatione: ſed coram
iudice ſeruata ſolemnitate petit tutelam: ⁊ poteſt eſſe teſta
mentaria: vt hic. omnia tenet Barto. in dicta. l. ſi ſub condi
tione. quedam alia ponit hic Hoſtien. que ponam expedi
tionis glo. ¶ Quero quid ſi tranſierit ad ſcda vota: an fina
tur tutela. glo. dicit ꝙ ſic: ⁊ pondera: quia quaſi eſſet mor
tua tranſit ab ea tutela. alle. tex. qui eiſdem verbis vtitur in
auct. vt ſine prohi. ma. debi. §. qui vero. per quem. §. iam re
petendo dixi in dicta auct. matri ⁊ auie. ſolutam. q. de qua
per Cy. ibi. ⁊ Barto. in. l. ſub conditione. de teſta. tu. an fi
nita tutela: per tranſitum ad ſcda vota: locus ſit legittimo:
an datiuo: quia puto ꝙ locus ſit legittimo: quia fingit mor
tua: ſic defertur per mortem matris proximiori legittimo.
¶ Quero ea tranſeunte ad ſcda vota ad que bona poſſit
haberi recurſus: pro redditione rationis. dic ꝙ ſi tranſeat:
non reddita ratione: ad bona matris: ⁊ ad bona mariti ſcdi
poterit haberi recurſus: que tacite ſunt hypothecata. C. in qui. ca.
pi. ta. contra. l. ſin. in auct. de nup. §. tutelā. coll. iij. ¶ Ulti
mo ponit aliam ſolemnitatem requiſitam de conficiendo in
uentario. Nunquid autem poſſit dari curatrix. vide in ſpecu.
de curatore. §. cũ autem. v. vt autem. ¶ Uenio ad quedam
extrinſeca que melius legiſtis relinquentur: an mater poſſit
dare tutorem filio in teſtamento. videtur quod non: vt. ff. de
cõfir. tu. l. mř: ⁊ hoc verũ eſt: niſi ipſum heredē inſtituat: q: tūc
eſt a iudice cõfirmādus: nec ſatiſdat rē pupilli ſaluā fore. C.
de teſta. tu. l. mater. ⁊ hoc verum eſt niſi ſit idoneus. ff. de ad

mini.tu.l.cum quidam decedens. Et ſi extraneus dederit
tutorem:non tenet datio:nec confirmatur: niſi pupillum he
redem inſtituat: nulla bona habentem: preter bona in qui-
bus inſtituitur: quia tunc iudicium eius eſt ſequendum.ff.
de confir.tut.l.ſi patronus: vtroq; tamen caſu fit inquiſitio
ſuper idoneitate perſone: et ſatiſdat: alias magiſtratus te-
netur.ff. de confir.tu.l.tutores.licet datus a patre ſine con
firmatione confirmetur: et ſatiſdatione. inſtitu. de tutel.§.
fi.C.de confir.tu.l.ij.quia ſufficit ei paternum teſtamentum
.C.de epiſco. audien.l.de creationibus. inſtitu. de ſatiſda.
.§.ſed et hec.quia eſt verū niſi noua cauſa ſuperueniat.ff.de
teſta.tu.l.pater.ad hoc de offi.dele.inſinuante. de excep.pa
ſtoralis.vel preterita latens ſuſpitio.detegatur.ff de confir.
tu.l.vtilitatē. ¶ Quero q̄ tutor p̄ferat: an teſtamētarius
an datiuus:an legitimus.dic teſtamētarius prefertur om-
nibus.inſti.de legit.agna.tu.§.i.illo deficiente locus eſt qua
ſi teſtamentarie paterne indiſtincte materne:ſi heredem pu
pillum inſtituat: et vocatur quaſi teſtamentaria: quia teſta-
mentarie comparatur.ff.de cōfir.tu.l.qui a patre: quinimo
poteſt dici vera teſtamentaria confirmata: quia non confir
matur niſi q̄ eſt:de ſi.inſtru.inter.v.ceterū. ad hoc de elec.
tranſmiſſam.et c.qualiter.et c.poſtq̄. et c.conſiderauimus.
et de reſti.in inte.c.ij. Et ponit hic ſolennitates confirmatio
nis:que colliguntur.ff.de cōfir.tu.l.in re.§. ſed ſi queratur.
tales ergo vt teſtamentarij ſunt legittimis preferendi. ideo
q̄din eſt ſpes teſtamentarie ceſſat legittima: vt.l.ſi ſub con
ditione.ff.de teſta.tu. So.cum ſpes ſit vt teſtamentaria cō
firmetur:vbi venit confirmanda: excluditur legittima. nec
facit iniuriam iudex non confirmando: ſicut in poſtulatio-
ne. no. de poſtu.p̄la.bone.et c.ſi.ff.de aqua quot.et eſti.l.ij.
.§.pe.in fi.ſi tamen iudex aliquam tutelam legittimam ad-
miſerit:et dederit:ceſſabit hec quaſi teſtamentaria.C.qui tu.
da.poſ.dat ſimile in preſentato a patrono:vt no. de iure pa.
paſtoralis.Sed et ſi iudici videatur addet et quaſi teſtamen
tarium: vt curatorem:non vt tutorem.C.de teſta. tu.l. ſi pu-
pillorum.C.de confir.tu.l.ſi vt proponis: quia tutorem ha-
benti non daſ tutor.item ſi ſit datus ab extraneo: iudex exa
minabit quaſi preferebat:et arbitrarium erit.ff.de confir.tu.
.l.ſi patronus.et.l.tutores.idem videtur in curatore a patre
vel matre dato.ff de cur.fur.l.ſi furioſus. ad hoc.ff.de con-
fir. tu.l. mulier.in fi. Teſtamentario vero deficiente locus
eſt legittimo: et legittimo deficiente locus eſt datiuo: et hoc
probatur ex ordine rubricarum.ff.ox. Quia primo ponunt
rubricam.de teſta.tu.Scd̄o.de confir.tu.Tertio.de legitti-
ma tutela. Quarto de tuto.et cura. dat. ab his: quaſi de da
tiua et q̄ argumenta procedant ab ordine:patet.C.de nouo
codi.compo.l.i.poſt medium.ibi tamen.in auct.debere.et
fal.§.inordinatum.coll.i.de ma.et obe.c.i.et c. ſtatuimus. ſi
milis argumentatio.de inu.peti.c.i.et hoc tenet Bar.in.l.i.
ff.de confir.tu. et in.d.l. ſi ſub conditione: licet dicat Iaco.
Bal.tenuiſſe contra.hec ſufficiant.

i **Atimaſti.** Non valet relatio cuius
exemplum non fuit liti-
gatoribus editū.h.d.Facit ad tertiam partem
rubrice. ¶ No.iudicem datū ad inſtruendū
proceſſum:non debere referre proceſſus:nō data copia par
ti.Et no.actum relationis non eſſe ſententiam:nec poſſe ſen
tentiare:ſʒ habet referre. ¶ Primo quero an in quacūq;
cauſa poſſit fieri relatio.glo.dicit q̄ ſic:et in ciuili et in crimi-
nali q̄ patet:quia hic cauſa erat criminalis.ſ. inquiſitionis
vt patet hic. ¶ Quero ſecūdo an ſine cauſa vel ex qua cau
ſa poſſit iudex cui cōmiſſa eſt cauſa referre.dic q̄ legittima
cauſa eſt quando refert ad ſuperiorem: quia dubitat in iure
qualiter iudicare debeat: talis relatio approbatur ſi vult re
ferre:quaſi ſe exonerando a iudicando: et talis cauſa nō ap-
probatur.in auct.de iudi.§.vlt.ff.de iudi.l.cum qui temere.
et dicit Hoſtien.hic ſi iudex malitioſe fingat ſe dubitare vbi
non dubitat:contra id de reſcrip.cū contingat:infamis eſſi



ciatur:et in.xxx.lib.auri punitur.C. de legi.l.ij. quam penam
non credit habere locum in iudicibus eccleſiaſticis:ſed illā
de re iudi.c.i.li.vj. Quandoq; fit relatio ex neceſſitate: vt
patet i reſeruatis apoſtolice ſedi: vt.ē.c.vt debitus.ad fi.cū
concor.et in caſu.ē.c.de cetero. Quādoq; fit remiſſio: quia
ſic habet in mandatis:vt ſe informet: et referat:et tales vt pu
to. Quandoq; ſunt relatores facti tantum:vt quando dan-
tur vt ſe informent de facto:et negociū inſtructū tranſmittāt
.ē.de reſcrip.ex parte decani. Quandoq; vt referant de fa
cto:et de iure: vt quando committit vt ſe informet de facto:
et referat de iure. Nec puto quod ſua relatio habeat vim
ſententie diffinitiue: ſed ſolum refert ius: ſuper quo habet
pronunciare. Ideo ſi iudex poſtea committat executionem
ſm formam relationis: expectabitur ſententia: et ſic dixi de
facto:quia hic etiam habebit citare: quia nō eſt ſimplex exe
cutor:et ſic non ob.q̄ no.de appellatio. ex ratione. et de re iu
di.a diuo pio. ¶ Quero tertio quid habeat ſeruare refe
rens. dic q̄ exemplū conſultationis debet edere partibus
vt ſi forte minus plene referat:vel contrariū q̄ debeat: vel
in alterius preiudiciū: poſſint partes contradicere et appel
lare.C.de ap.l.i.et.ij.et ſi nō appellauerit: tūc nō poterit ap-
pellaſ poſtea:cū p̄ceps reſcrip ſerit.ij.q.vj.biduū:q̄ appro
baſſe vr̄ relationē.ff.q̄ñ ap.ſit.l.i.i.R. contrariū dicit tex.in.l.i.§.
queſitum.ff.de appel.et.d.§.biduum.in fi.dic non poteſt ap
pellari ſi dicat non referendū.vel ſi dicat non ſic referendū.
poteſt tamen a ſententia lata ex iuribus reſcripti appellare:
ſi dicat principem oneratum mendacijs: vt ibi: et ex hoc ar.
q̄ vbi cōmittitur cauſa cōſilio ſapientis. punctus eſt formā
dus a iudice:preſentibus partibus:et cōſentientibus: vel ſal
tem non contradicentibus:et ſi non contradicant: videtur q̄
non habeant poſtea facultatem appellandi: dato conſilio:
vel contradicendi q̄ punctus non fuerit bene formatus: quaſi
iſta relatio hʒ vim ſententie: ab ipſa tamen ſententia lata ſu
per puncto poterit appellari: et oſtendi poſt factum aliter
ſe habere in appellationis cauſa: et hoc quando tenetur iu-
dex ſtare conſilio:ex forma ſtatuti:alſ indifferenter poſſent
partes appellare:licet etiam conſenſerint puncto. et iudex ēt
conſilium iniuſtum ſequi non tenetur:nec debet: ſi videat nō
recte conſultum.ff.de re iudi.ſi conuenerit: et q̄ ibi no. ſed ſi
conſentiant q̄ iudex ſententiet ſm conſiliū ſapientis. ad-
huc puto q̄ poſſint appellare:quia conſentire videntur con
ſilio:inquantum iuſte conſulat:tum non eligant ipſum vt ar
bitrum:vel arbitratorem:ſed vt peritum: et ſub ratione pe-
ritie:et hoc tenet Bar.in.l.i.§.ſuit queſitum.ff de appel. vbi
autem ſunt diſcordes in puncto:nec concordare poſſunt:di-
cit Bart. in.l.ij.C. de rela. q̄ iudex debet eos compellere
ad concordandum. et ſi non poteſt aliter debet ipſe pronun-
ciare:ſcd̄m punctum a ſe formatum: factum ſic ſe habere: et
facta illa pronunciatione ſi non appellauit: ſtabitur puncto:
puto tn̄ q̄ ſi non appellent tunc poterunt appellare a diffini
tiua:quia hoc eſt coniunctum negocio principali: ar.de ap-
pella.c.ſi.li.vj.et tenet Bart. in.l.i.§. queſitum.ff. de appel.
¶ Quero quarto an debeat iudex referre ſuperiori q̄ par
tes contradixerint vel conſenſerint relationi. dicit hic Ioā.
and.q̄ ſic. Nunquid autem teneatur iudex referre de ca-
lūnia partium:et variatione: cum referat ſuper articulo ex-
penſarum:vide in ſpe.de rela.§.ij.v̄ſi.ſi.et in ſum.de teſti.eo.
titu.de materia relationis. ¶ Quero quinto an indiſtincte
ſtetur relationi. Innocen. dicit hic q̄ ſi relatio fiat de con-
ſenſu vtriuſq; partis expreſſo: vel illis non contradicenti-
bus:vel ſaltem non appellantibus: ſtatur relationi: de pur.
ca.cum dilectus. verſicu. nos igitur: et terminus in ea pre-
fixus: ad comparendum coram ſuperiore: habetur pro
peremptorio: ſicut in termino ab homine in appellatione
aſſignato: vt no.ē.co.c. ſepe. Si autem ſit altera parte
nō contradicente: vel appellante: non ſtatur relationi: ni-
ſi ex alijs actis relatio probetur .ij.q.vj. biduum:C. de re-
lationibus.l.i. Si autem relatio ſit altera parte abſente

etiam per ↄtumaciam: adhuc non ſtatur relationi: niſi ſubſiſt
alia probatio: termini aſſignatio bene valet: ⁊ habet vim
peremptorij. vnde etiam non citata alterius parte procede
re poterit iudex: cui eſt facta relatio: ſicut poſſet iudex refe
rens: contumacia non obſtante. ¶ Quero ſexto an iudex
relatione facta refert ſe citaſſe alterum ex partibus: ⁊ com-
paret pars que dicit ſe non contumacem: ⁊ appellaſſe ex le-
gitima cā: ⁊ cām appellatõis cõmiſſam eſſe: quid faciet ſu
perior. dic ſi verum eſt ꝙ cõmiſerit: nõ credet relationi: ſed
remittet partes ad iudicem obtentum ſuper appellatione:
qui cognoſcet de appellatione: ⁊ an factum ſit reuocanduꝫ
attentatum poſt appellationem: poterit etiam cognoſcere
ipſe ſuperior cui licet iuriſdictioneꝫ ſui iudicis reuocare. ff.
de iudi. l. iudicium. cũ totus proceſſus delegati ante reuo-
catiotionem cõmiſſionis valebit. de reſti. ſpo. audita. proce
dit hoc etiaꝫ ſi ex certa ſcientia ſuperioris incipiat de nego-
cio cognoſcere: vel alij cõmittat: quia hoc ipſo videtur reuo
care cõmiſſionem alij primo factam. ar. de conceſ. preben.
quia diuerſitatem. §. i. de off. dele. paſtoralis. §. preterea. de
conceſ. preben. ſi capitulo. li. vj. Sed eſt dubium quid ſi cõ-
miſſa eſt cauſa per iudicem ſuperiorem: iudex ipſe relato-
ris alteri cõmittat negocium relatum: quid facient iſti. qui
dam dicunt ꝙ debent inuicem conuenire: ſcdm practicaꝫ. c.
paſtoralis. de reſcrip. dicit Inn. ꝙ adhuc ſcdm nihil eiud
pertinet: cui eſt cõmiſſa cauſa relata: niſi cognoſcere: an cau
ſa relationis primo cõmiſſa fuerit: nam ex quo de hoc con-
ſtiterit: debet remittere ad illum iudicem: cui cauſa appella
tionis fuit cõmiſſa: ad quem pertinet cognoſcere an ſua ſit
iuriſdictio. de reſcrip. dilectus filius. ij. Sed eſt dubium de
iudice qui remiſit: an ſi ipſe ſciat appellatũ: debeat remiſſio
nem facere ad eum. cui eſt cauſa delegata. dicit Innoc. ꝙ ſi
ſcit: vel credit iuſte appellatũ: prudenter facit ſi ſuperſedeat
quia ſi proceſſerit poſtea apparente cauſa appellationis le
gitima: ⁊ vera: omnia retractabuntur. l. c. interpoſita. ij. R.
⁊ c. romana. §. ſi vero. li. vj. Si pro indubitato habet ꝙ ap-
pellatio ſit iniuſta procedere poteſt: ⁊ melius eſt ꝙ ꝓcedat
⁊ tenebit quicqd fit ab eo: dũmodo declaretur poſtea per
diffinitiuam ſententiam: ꝙ appellatio facta fuit temeraria:
⁊ iniuſta: vt. d. c. interpoſita. ⁊ c. romana. ſm Inn. ¶ Que
ro. vij. an debeat cauſa remitti ſufficienter inſtructa: quãdo
cõmittit vt referat: ⁊ quid poſſit facere relator. dic ſiue cau
ſa ſit cõmiſſa: vt infra tempus certum inſtruat: ⁊ referat:
ſiue ſine tempore ſiue vt remittatur cã ſufficienter inſtructa:
ſiue vt remittat inſtructa: vel nõ inſtructa: ſufficit ꝙ remitta
tur in ea inſtructione: ⁊ cuꝫ illis actis: que recepit iudex: par
tibus volentibus procedere: ⁊ etiam ſemper poteſt idem re
lator partibus: vt coram ſuperiore compareant: certum ter
minũ aſſignare. ſm Inn. ¶ Quero. viij. cõmittit papa cau
ſam vſqꝫ ad certum tempus finiendam: iuſticia vel concor-
dia mediante. alioquin cauſaꝫ remittat: an valeat remiſſio.
Ho. dicit ꝙ non: imo nil agit: quia totum tempus eſt datuꝫ
ad cauſam finiendam: non ad referendam. Ideo ſi contra
illud fiat remiſſio non valet: tum quia a nõ ſuo iudice fit de
iudi. at ſi clerici: tum quia contra formam mandati. de re-
ſcrip. cum dilecta: tum quia prohibite ſunt relationes: cauſa
iudicij dilatandi facte: in auct. vt non expec. ſa. iuſ. §. iube-
mus. collatio. ix. niſi in caſibus ff. de offi. proconſu. l. ſolet. ⁊
. l. ſi quis. ⁊ de fal. l. falſi. crimen. ideo quãtũcũqꝫ iudex im-
pediatur procedere: nũqꝫ valet remiſſio infra tempus facta
niſi de conſenſu partium fiat: ſm Innoc. ⁊ dicit Inno. ꝙ ab
ſoluendus eſt reus contra quem eſt facta relatio: ſi cõparue
rit: ⁊ ad ſuum iudicem ordinarium remittendus: cuꝫ cauſa
non ſit in curia: per reuocationẽ: vel appellationẽ: vel alios
modos: qui hus non interuenerunt: nec per hanc relationeꝫ:
que nulla eſt: vt premiſſum eſt: ideo partes non aſtringũtur
vt no. de elec. bone. ij. ad fi. ⁊ ſi reus non comparuerit: nõ eſt
contumax reputandus. verũtamen dicit ꝙ ſi ambe partes
coram iudice relationis comparuiſſent inſtructe: ad dicem

aſſignatam: ⁊ coram papa: equum eſſet ⁊ ſatis colligi poſſet
ex vi mandati: ꝙ cauſam papa audiat: vel audiendam com
mittat: ⁊ maxime vbi reus alium iudicem non habet ꝙ pa-
pam: nam ⁊ ſi relatio nulla ſit: certum eſt tñ papam voluiſſe
actori impetranti prouidere: ⁊ ad ſe: ſi per illum cui cõmitti
tur non finiatur reuocare: equum eſt ergo vt ex quo partes
ſunt preſentes in negocio procedant. ff. ſi cer. pe. l. quidam
extimauerunt. ff. de no. ope. nun. l. i. §. ⁊ poſt operis. de tran-
ſac. c. fi. nec debet nocere actori ꝙ per imprudentiam iudi-
cis factum eſt. de his que fi. a ma. par. ca. que ſunt. imo vbi
contra iudicẽ habere regreſſum non poteſt: eſt equum ſub-
ueniri ex clauſula generali: vt no. de reſti. in integ. ex litteris.
Non ob. ſi reus omnibus modis petat remitti ad papam:
⁊ non eſt indulgendum malitijs hominum ⁊c. ff. de rei ven.
. l. in fundo. ex hac eniꝫ remiſſione nihil aliud fecit niſi quã
dã dilationẽ malicioſaꝫ: cũ ⁊ ſtatim ſub eadẽ forma poſſet
cõmitti negocium: ⁊ relatione facta legittime: iteruꝫ neceſſe
habet in curia comparere: ⁊ iterum reſpondere: nil aliud er-
go conſequeretur niſi fugaꝫ iudicij ad tempus: de preſum.
nullus: ⁊ detineret forſan contra conſcientiã alienum. de re-
ſcrip. c. ſi. equius ergo eſt eum cogere ad reſpondendum:
quia iudex eſt papa cunctorum. ix. q. iij. cuncta. de fo. cõpe.
. c. ſi. debet ergo iudex cognoſcere ⁊ terminare ſentẽtia vel
concordia infra terminum: nec ante terminuꝫ facta remitte
re poſt tempus autẽ remittere: nec illo lapſo habet aliquaꝫ
poteſtatem procedendi: vel diffiniendi: niſi ante lapſuꝫ tem
poris de partiuꝫ conſenſu fuerit facta prorogatio. ¶ Que
ro. viiij. que ſint partes iudicis referẽtis: lapſo tempore exa
minationis: ⁊ deciſionis. dic vt citet partes vt certo die com
pareant coram eo ad videndam ⁊ faciendam relationem:
ſeu remiſſionem: ⁊ audiendam: quam facere intendit: vt in
mandatis recepit: ⁊ ſi compareant: vel non facta perempto
ria citatione potuit facere relationem in infinitum: ex quo
tempore non eſt finita iuriſdictio niſi ab eo reuocetur man-
datum: ⁊ poterit terminum partibus aſſignare ad compa-
rendũ coraꝫ ſuperiore ſi abſentes ſint: ita ꝙ reperiri poſſint
alias faciat hoc ante domini publicari: vel in eccleſia: vt no.
de eo qui mit. in poſ. c. ſi. ⁊ in remiſſione debet facere mẽtio
nem plenam de toto proceſſu: vt no. de elec. dudum. §. cum
autem. nec poteſt dici finitam iuriſdictionem: ⁊ per lapſum
temporis: quia licet ſit finita quo ad cauſe examinationem:
⁊ deciſionem: non quo ad remiſſionis actum: ⁊ hoc probat
vna pars mandati. qualiter autẽ tempus computetur. recur
re ad no. de ſup. neg. prela. licet. ¶ Quero. x. an ſit neceſſe
in appellatione a iudice remittente facere mentioneꝫ de re
miſſione. dicit Inno. ꝙ non ſemper: quia non ſemper ſit re-
miſſio propter hoc ꝙ ſuperior velit de negocio audire: tũc
enim oporteret de remiſſione facere mentionem. ſ. e. vt no-
ſtrum. de offi. dele. ſuper queſtionuꝫ. ſed quandoqꝫ fit: quia
partes non confidunt de iudicibus in diffinitione: licet cõfi-
datur in cauſe examinatione. de reſcrip. ex parte decani. ⁊
de elec. dudum. ⁊ quandoqꝫ expedit in vno loco inquiri. de
electione. ⁊ alio pronunciari. de elec. reſcriptum. ſm Inno.
¶ Quero. xi. qualiter faciet relationem an apertam: an
clauſaꝫ. dic ꝙ faciet illam clauſam ſi vult: ſi partes non cõtra
dicunt ex quo autem partem receperunt illam cauſam ſibi
imputent: nec illum aperiant. de offi. deleg. cum olim magi
giſter. ſm Hoſtien. ¶ Quero duodecimo qualiter trade
tur exemplum litigatoribus. dic ꝙ tradet ſibi publicatum
manu tabellionis: vel duorum bonorum virorum: vel ſi-
gillatum ſigillo autentico. ſ. de proba. tertio. ⁊ c. quoniam.
de teſti. a nobis. ⁊ ſi ſigillum ſit ignotum. ⁊ partes ſtant illic
corã ſuperiore bene eſt. de pur. ca. c. pe. alias facienda eſt ꝓ
batio. de fi. inſtru. ꝙ ſuper his. de cle. peregri. c. i. cum ꝓcor.
⁊ ſi altera partium ſit abſens arbitrarium eſt: vt ſic iudex
poſſet: ſi ſibi videatur: conſiderata qualitate perſone: ⁊
negocij: de quo agitur: recepto iuramento partis: quod
talis fuit facta relatio ipſum admittere. ſ. de iureiuran. c. ſi.

